

ginta pro mincha vertunt pax, id est munera, ut vertit Graecus Scholiastes, puta thus, ut explicat Theodoretus, xai οὐδὲν, id est, et suaves odores, Non ergo victimas carneas, sed thus et suffitus jussit rex adoleri Danieli, ut eadem Sanctis, immo regibus adolescentur. Verum haec nunquam a principibus usurpatam videtur, nisi cum insanientes aduersus numerum divinos honores affectaverunt, ut recte observavit noster Pineda, lib. De Hebus Salomon, cap. xii, § 9.

Quarto, verius videatur regem propriam adorasse Danielum, et jussisse veras victimas sacrificari illi, quam Propheta divino, habenti in se numerum et spiritum Dei. Sic enim Gentiles suos reges, et homines sapientia aut virtute excellentes, quasi deorum filios adorabant, et sacrificiis colebant.

Audi Lycanios, Actor. XIV, 10, de Paulo et Barnaba loquentes: « Dii similes facti hominibus descendenter nos, etc., sacerdos quoque Jovis tauri et coronas affersen, cum populis volebat sacrificare. » Quin et Plato preter unum Deum sumnum posuit alios minores deos pariter adorandos: et sic adorari voluit ipse Nabuchodonosor in statua quam erexit, cap. III, 5. Sic ergo proprie rex adoravat Danielum, quasi hominem, immo deum aliquem, de coelis lapsum: praesertim, quia ipsi- met eus sapientes ei dixerant, vers. 11, non esse hominem qui somnium hoc regi enarrare posset, « exceptis diis quorum non est cum hominibus conversatio. » Daniel autem illud regi enarravit; ergo ex eorum sententia, quasi unus et dicit haberi et coli debet. Hunc sennus exigere videat primo, vox hostia, que victimas proprie dictas significat; secundo, vox sacrificare, et Chaldaeus חַדְּחָה lenasscha, id est libarent; tertio, vox adorari, nam Chaldaica est seqid, ut dixi; quarto, vox Chaldaica נִיחָחֵן nichochin, quae non significat quoslibet odores et suffitus, sed sacros et religiosos, puta incensum et thymiam. Ad verbum enim nichochin significat placamina, scilicet sacrificia et thurificationem quibus placatur Deus: radix enim Hebraica et Chaldaica מְנֻחָה nach, in Cal significat quiescere, et in Hiphil, sedare, placare, propitiare.

Denique licet Hebraica mincha, subinde quodlibet donum aut munus significet, tamen quando jungitur cum incenso et sacrificio, ut hic fit, non nisi victimam significat. Nec aliud voluerunt Sep-

tuaginta; ipsi enim retinuerunt Hebreiam vocem mincha, sed molliendo pro mincha posuerunt manna. Sic enim gutturaliter chet solent emollire, eaque in e, vel in a convertere, ut pro pesach vertunt phase, pro Corach Core, pro Tharach Thare etc.; manna ergo est idem quod mincha, scilicet hostia et victimam. Id ita esse patet ex Baruch I, 10, ubi dicitur: « Emite holocausta, et thus, et facite manna, et afferte pro peccato ad aram Domini Dei nostri. » Ubi certum est manna esse idem quod mincha, et significare hostiam propria dictam, puta sacrificium.

Dices: Ergo idolatriam admisit hic rex, eique consensit Daniel: tacit enim, et permisit eam sibi impendi. Objecto hinc olim Danieli Porphyrius, cui respondet hic S. Hieronymus. Porphyrius sequitur Calvinus, dum aut Danielum aulicis moribus fuisse corruptum, ita Aristarchus ille philoloedorus. Sed apage blasphemus, qui ex Propheta sanissimo et sapientissimo facis Luciferum, Dei amulum, et divini honoris cupidum.

Dico ergo Danielum nullo modo consenseris: sed omni modo institisse et impeditivis executionem mandati regi, ut restituerunt Paulus et Barnabas Actor. XIV, Etsi Scriptura id ipsum, ut et alia multa, hic taceat: satis tamen illud inquit eo ipso, quo mandato huc exsecutione datum esse, et Chaldaea re ipsa sacrificasse Danieli, non commemorat; praesertim cum mox subdat Danieli a rege allo honore fuisse affectum, scilicet toti Babylonio fuisse prepositum. Ita Lyranus, Dionysius Carthusianus, Maldonatus et alii.

49. SUPER OPERA — super negotia, q. d. Praefit eos administrationi et regimi Babylonie.

DANIEL ERAT IN FORIBUS REGIS. — Graecus est, Daniel erat in atrio regis, id est Daniel erat in aula princeps regi proximas et intimus; ita ut nemo sine eis auctoritate ad regem ingredieretur. Ita S. Hieronymus.

Aliter Vatablus: Daniel, inquit, in porta regis sedet, ut redderet ius, id est fuit iudex. Judices enim olim sedebant in portis urbium quasi in loco publico et omnibus obvio. Sed prior sensus est verior. In Daniel ergo verum est illud Aristidis tom. III, orat. 1 Platonica: « Maxima quaeque in paucissimis cadunt. » Et: « Maximum reipublicae comodum in prevento virorum bonorum consistit. »

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Nabuchodonosor erigit statuam, in eaque adorari vult: reuersant id, vers. 8, tres pueri, Sidrach, Misach et Abdenago: unde, vers. 10, iubet rex eos mitti in fornacem ardenteam: ibi, vers. 24, orant Deum. Deus, vers. 49, mittit angelum qui eos servat illatos: hinc, vers. 51, cantant Deo canticum, unde, vers. 61, rex celebrat hoc miraculum Dei, ejusque potentiam et in suis providentiam.

1. Nabuchodonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, et statuit eam in campo Dura provincia Babylonis. 2. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, et judices, duces, et tyranos, et prefectos, omnesque principes regionum, ut convenienter ad dedicationem statuae, quam erexerat Nabuchodonosor rex. 3. Tunc congregati sunt satrapa, magistratus, et judices, duces, et tyranos, et optimates, qui erant in potestatibus constituti, et universi principes regionum, ut convenienter ad dedicationem statuae, quam erexerat Nabuchodonosor rex: stabant autem in conspectu statuae, quam posuerat Nabuchodonosor rex: 4. et preceo clamabat valenter: Vobis dicitur populus, tribibus, et linguis: 5. In hora, qua audieritis sonitum tubæ, et fistulae, et citharae, sambuceæ, et psalterii, et symphonieæ, et universi generis musicorum, cadentes adorare statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor rex. 6. Si quis autem non prostratus adoraverit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. 7. Post hanc igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulae, et citharae, sambuceæ, et psalterii, et symphonieæ, et omnis generis musicorum: cadentes omnes populi, tribus, et linguis adoraverunt statuam auream, quam constituerat Nabuchodonosor rex. 8. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldei accusaverunt Judos: 9. dixeruntque Nabuchodonosor regi: Rex, in æternum vive: 10. tu, rex, posuisti decretem, ut omnis homo, qui audierit sonitum tubæ, fistulae, et citharae, sambuceæ, et psalterii, et symphonieæ, et universi generis musicorum, prostrernat se, et adorat statuam auream: 11. si quis autem non procidens adoraverit, mittatur in fornacem ignis ardentis. 12. Sunt ergo viri Jodei, quos constituerat super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach et Abdenago: viri isti contempserunt, rex, decretem tuum: deos tuos non colunt, et statuam auream, quam exexisti, non adorant. 13. Tunc Nabuchodonosor in furore et in ira præcepit ut adducerentur Sidrach, Misach et Abdenago: qui confessim adducti sunt in conspectu regis. 14. Pronuntiansque Nabuchodonosor rex, ait eis: Verene, Sidrach, Misach et Abdenago, deos meos non colitis, et statuam auream, quam constitui, non adoratis? 15. Nunc ergo si estis parati, quacumque hora audieritis sonitum tubæ, fistulae, citharae, sambuceæ, et psalterii, et symphonieæ, omnisque generis musicorum, prostrernite vos, et adorate statuam quam feci: quod si non adoraveritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: et quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? 16. Respondentes Sidrach, Misach et Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor: Non oportet nos de hac re responderemus tibi. 17. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, et de manibus tuis, o rex! liberare. 18. Quod si non erit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, et statuam auream, quam exexisti, non adoramus. 19. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: et aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach et Abdenago, et præcepit ut succederetur fornax septuplex quam succendi conserverat. 20. Et viris fortissimis de exercitu suo jussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misach et Abdenago, mittentur eos in fornacem ignis ardentis. 21. Et confessim viri illi vinciti cum bracces suis, et tertiis, et

et calceamentis, et vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentes; 22. nam jussio regis urgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos, qui miserant Sidrach, Misach et Abdenago, interfecit flamma ignis. 23. Viri autem Li tres, id est Sidrach, Misach et Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentes, colligati. 24. Et ambulabant in medio flammam laudantes Deum, et benedictentes Dominum. 25. Stans autem Azarias oravit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait: 26. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabile et gloriolum nomen tuum in secula: 27. quia justus es in omnibus, que fecisti nobis, et universa opera tua vera, et via tua recta, et omnia iudicia tua vera. 28. Iudicia enim vera fecisti, juxta omnia que induxisti super nos, et super civitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem: quia in veritate, et in iudicio, induxisti omni haec propter peccata nostra. 29. Peccavimus enim, et inique egimus precedentes a te: et delinquimus in omnibus: 30. et præcepta tua non audivimus, nec observavimus, nec fecimus sicut præcepseras nobis ut bene nobis esset. 31. Omnis ergo, que induxisti super nos, et universa, que fecisti nobis, in vero iudicio fecisti: 32. et tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, et pessimorum, prevaricatorumque, et regi injusto, et pessimo ultra omnem terram. 33. Et nunc non possumus aperire os: confusio et opprobrium facti sumus servis tuis, et his qui colunt te. 34. Ne, quasunquam, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, et ne dissipes testamentum tuum: 35. neque auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectionem tuum, et Isaac servum tuum, et Israel sanctum tuum: 36. quibus locutus es pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas celi, et sicut arenam, qua est in littore mari: 37. quia, Domine, imminuti sumus plus quam omnes gentes, sumusque humiles in universa terra hodie propter peccata nostra. 38. Et non est in tempore hoc princeps, etdux, et propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitorum coram te, 39. ut possimus invenire misericordiam tuam; sed in animo contrito, et spiritu humiliatis suscipiamur. 40. Sic ut holocausto arietum et taurorum, et sicut in milibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. 41. Et nunc sequimur in toto corde, et timemus te, et querimus faciem tuam. 42. Ne confundas nos: sed fac nobiscum juxta mansuetudinem tuam, et secundum multitudinem misericordie tue. 43. Eterne nos in mirabilibus tuis, et da gloriam nomini tuo, Domine: 44. et confundantur omnes, qui ostendunt servi tuis mala, confundantur in omni potentia tua, et robur eorum conteratur: 45. et sciunt quia tu es Dominus Deus solus, et gloriatus super orbem terrarum. 46. Et non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, naphtha, et stappa, et pica, et malleolis: 47. et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadrangulis novem: 48. et erupit, et incendit quos repetit juxta fornacem de Chaldaea. 49. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, et sociis ejus in fornacem: et excusissi flammam ignis de fornace, 50. et fecit medium fornacis quasi ventum roris flamen, et non tetigit eum omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestie intulit. 51. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant Deum in fornace, dicentes: 52. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum: et laudabilis, et gloriatus, et superexaltatus in secula: et benedictum nomen gloriae tuae sanctum: et laudabile, et superexaltatum in omnibus seculis. 53. Benedictus es in templo sancto gloria tua: et superlaudabilis, et supergloriosus in secula. 54. Benedictus es in throno regni tui: et superlaudabilis, et superexaltatus in secula. 55. Benedictus es qui intueris abyssos, et sedes super Cherubim: et laudabilis, et superexaltatus in secula. 56. Benedictus es in firmamento cœli: et laudabilis, et gloriatus in secula. 57. Benedicite, omnia opera Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 58. Benedicite, cœli, Domino: laudate et superexaltate eum in

secula. 60. Benedicite, aquæ omnes, que super ecclos sunt, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 61. Benedicite, omnes virtutes Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 62. Benedicite, sol et luna, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 63. Benedicite, stelle cœli, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 64. Benedicite, omnis imber et ros, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 65. Benedicite, omnes spiritus Dei, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 66. Benedicite, ignis et astus, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 67. Benedicite, frigus et aestus, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 68. Benedicite, rores et pruina, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 69. Benedicite, gelu et frigus, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 70. Benedicite, glacies et nives, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 71. Benedicite, noctes et dies, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 72. Benedicite, lux et tenebra, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 73. Benedicite, fulgura et nubes, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 74. Benedic terra Dominum: laudet et superexaltet eum in secula. 75. Benedicite, montes et colles, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 76. Benedicite, universa germinantia in terra, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 77. Benedicite, fontes, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 78. Benedicite, maria et flumina, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 79. Benedicite, cete, et omnia que moventur in aquâ, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 80. Benedicite, omnes volucres cœli, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 81. Benedicite, omnes bestie et pecora, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 82. Benedicite, filii hominum, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 83. Benedic Israel Dominum: laudet et superexaltet eum in secula. 84. Benedicite, sacerdotes Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 85. Benedicite, servi Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 86. Benedicite, spiritus et animæ justorum, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 87. Benedicite, sancti et humiles corde, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. 88. Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Domino: laudate et superexaltate eum in secula. Quia eruit nos de inferno, et salvos fecit de manu mortis, et liberavit nos de medio ardenti flammæ, et de medio ignis eruit nos. 89. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus. 90. Benedicite, omnes religiosi, Domino Deo deorum: laudate et confitemini ei: quia in omnia sæcula misericordia ejus. 91. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, et surrexit propere, et ait optimatibus suis: Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi, dixerunt: Vere, rex. 92. Respondit, et ait: Ecce ego video quatuor viros solitos, et ambulantes in medio ignis, et nihil corruptionis in eis est, et species quarti simili filio Dei. 93. Tunc accessit Nabuchodonosor ab ostium fornaci ignis ardentes, et ait: Sidrach, Misach et Abdenago, servi Dei excelsi, egridimini, et venite. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach et Abdenago de medio ignis. 94. Et congregati satrapæ, et magistratus, et judices, et potentes regis contemplabant viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, et capillus capitis eorum non esset adustus, et saraballa eorum non fuissent immutata, et odor ignis non transisset per eos. 95. Et erumpens Nabuchodonosor, ait: Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach et Abdenago, qui misit angelum suum, et eruit servos suos, qui crediderunt in eum: et verbum regis immutaverunt, et tradiderunt corpora sua ne servirent, et ne adorarent omnem deum, excepto Deo suo. 96. A me ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus, tribus, et lingua, quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach et Abdenago, dispereat, et domus ejus vastetur: neque enim est aliud Deus qui possit ita salvare. 97. Tunc rex promovit Sidrach, Misach et Abdenago in provincia Babilonis. 98. NABUCHODONOSOR rex, omniibus populis, gentibus, et

linguis, qui habitant in universa terra, pax vobis multiplicetur. 99. Signa, et mirabilia fecit apud me Deus excelsus; Placuit ergo mihi praedicare 100. signa ejus, quia magna sunt; et mirabilia ejus, quia fortia: et regnum ejus regnum sempiternum, et potestas ejus in generationem et generationem.

1. FECIT STATUAM AUREAM. — Quo anno? Respondeo, paulo post somnum cap. praeced., puta anno regni sui 37, qui fuit annus mundi 3379. Id patet ex eo quod Jam Sidrach, Misach et Abdenago erant ab eo preficii Babylonie, ut dicitur vers. 12; hoc autem factum est post explicacionem somni a Daniele factam, anno eodem 37, ut patet cap. praeced. 48. Quod vero ultius in annum regis 38, vel 39, hec rejici non possunt, patet ex eo quod tunc rex ejectus regno cum bestiis habitat, ut dicitur cap. sequenti, vers. 2.

Ubi nota inconstans et volubile superbi regis ingenium: « Velox oblivio est veritatis, inquit S. Hieronymus, ut qui dudum servum dei quasi deum adoraverat, nunc statum sibi fieri jubeatur. »

Hinc potest statutum hanc non fuisse Belis, vel aliorum deorum Babyloniorum, sed ipsius Nabuchodonosoris. Idem confirmatur primo, ex versu 14, ubi ait rex: « Deos meos non colitis, et statuum aureum quam constitui, non adoratis: ergo dii regis inter quos erat Bel, alierant ab hac statua: hec enim nova fuit et recens, cum statua Belis esset antiquissima. Secundo, ex Isaiae cap. xiv, 13, ubi Isaias describens superbiam regis Babylonis, quasi alterius Luciferi, aiteum se Deum facere voluisse. « Dicibus, inquit, in columnum concendam, etc. similis ero Altissimo. » Tertio, quia ob hanc superbiam Nabuchodonosor summe a Deo est humiliatus, ut qui voluerat esse deus, fieret bestia, ut patet cap. sequenti. Ita S. Hieronymus hic, licet ipse in cap. i Habacuc, contrarium doceat. Verum ibi, ut solet, non suam, sed aliorum refert sententiam. Ita et Perarius, Maldonatus, Pintus et Theodoreus, qui adgit regem haec statutum sibi erexit, ex eo quod in statua quam viderat cap. ii, Daniel et dixerat: « Tu es caput aureum. Inde enim intulit, ut similem sibi statuum erigeret, in eaque adorari vellet. Simili modo Alexander Magnus, Augustus Cesar, Caligula, Antiochus Epiphanes, rex Tyrus, ut patet Ezech. xxviii, 2, et alter Nabuchodonosor, qui misit Holofernes, Judith vi, 2, tanquam dii coli voluerunt, etiam dum adhuc viverent.

Verisimiliter conjicit Maldonatus hanc statutum exisse regem suggesti Chaldeorum, qui invidebant prefecturam Babylonum tribus Iudeis, puta Sidrach, Misach et Abdenago; ideoque ut eos regi invisos facerent, et gradu deiecirent, suggestisse ei hanc statutam, quam scirent eos ne tuquum adoratores; itaque regem in eos exarsurum, ut et contigil. Simili enim modo

Medi, cap. vi, 13, Danieli tetenderunt insidias apud Barium regem. Additique Maldonatus eos in odium Danielis, ejusque statutum cap. ii, hanc ei contraria statutum regi susassisse, ut per eam, illa que praedicerat Daniel de Persis Babylonem everuris refutaret et overteret; ideoque eam non ex quatuor metallis, sed ex pura auro fabricari jussisse, ut significaret regem, cuius haec erat statua, non tantum esse caput aureum, ut dixerat Daniel; sed et toto corpore esse aureum, solumque fore personam orbis monarcham. Ad haec, Chaldeos murmurasse contra regem, quod Danieli Judeus omnia crederet, ita ut videretur factus esse Judeus, ut fieret caput regis. 17. Regem ergo levem et mobilem, ut hoc murmur compesceret, utque suspicionem judasim a se amoveret, atque ut Chaldeos sibi conciliaret, hanc statutum sibi erigi jussisse, ut non Deum Iudeorum colere, sed ipse ut deus coli velle videatur.

Hoc conjectura non caret veri specie, cui favet et Theodoreus, dum aut regem voluisse facere statuum prestantiore ea, quam ipse viderat in somno, et magnitudine, et nobilitate materia.

Symbolice, statua haec est heres, quam hereticii anno, id est eloquentia et testimonio S. Scripturae exarant, inquit S. Hieronymus. Rursum est mundana felicitas et pompa, inquit Ireneus, lib. V, in fine: hec enim habet aurum divitiarum, atque altitudinem honorum et potentiae, sed fallacem et mendacem.

Denique tres hi pueri fuerunt primiti martyrum, ac typus martyrum quis Nero flammis in circulo, aliquique tyramni lisdem vel alios tormentis occiderunt. Neronis enim, qui primus persecutionem contra christianos movit, figura fuit Nabuchodonosor: sicut Romani ethnici, et sanguine martyrum cruentae figura fuit Babylon, ut patet Apoc. cap. xvii et xviii. Ita Rupertus in Daniel, cap. vii.

AUREAM. — Statua haec cava erat, non solida, aliquo immensi fuisse preti; erat enim sexaginta cubitorum (1).

(1) Hoc sunt contra hujus statutum erectionem Rossmuller, post Bertholdium, Eichornium, Bleekium, ut incredibilis objicit. Primo, quod non dicunt quem in finem haec statua erecta fuerit, aut quemnam representaverit. Secundo, statuum sexaginta cubitos altum, et sex cubitos latum, sive crassam, justa proportione caravisse, et forma planae monstruisse fuisse apparent. Tertio, cum aurea fuerit haec statua, ea construenda, si vel maxime cava fuerit, tantum vim auri insumptum fuisse oportet, quantum tota Asia vix preberet poterat. Quarto, tam praeclarus colosus nulla humana vi erigi potuisse. Quinto, dedicationis predictae statuta ex Iudeis soli Ananias, Mi-

Proprietatis partim in corpore, partim in corpore humano. ALTITURINE CUBITORUM SEXAGINTA. — Ergo facies hujus statuae longa erat sex cubitos, nasus duos cubitos, pectus decem cubitos, pedes decem cubitos, manus sex cubitos; nam haec est propria partium in corpore et statuta humana, ut facies sit ejus pars decima, nasus trigesima, pectus sexta, pes sexta, manus decima. Ita ex Vitruvio et Cardano Ptereris. Quanquam ministri regis vel ex ignorantia, vel ex avaritia, vel alia de causa, non videntur in hac statua exactam proportionem symmetriam observasse: juxta illam enim longitudo sexaginta cubitorum exigebat decem cubitos latitudinis: haec enim est sexa pars longitudinis: non sex dundatax, ut habeat statua. Unde dices tropologice, mundum et mundanos magis spectare celsa, quam solidi; ut enim suam pompam ostentent, alta querant, sed justis fundatis destituta, que proinde cito corrunt et evanescent.

2. AD CONGREGANDUM SATRAPAS. — Suggesserunt hoc regi Chaldei, tum ut major esset dedicatio eius solemnitas, tum ut ad eam venire cogerentur Sidrach, Misach et Abdenago (utpote satrapi regni) in quos haec faba eudebat. Unde et propero eisdem, panam ignis statum adorare recusabilius constituti, et per praecomenum promulgarunt, euaraverunt: nam Babylonios, utpote in idola prodiciles, haec pona cogere non erat opus. Ex

saez et Azarias interfuerunt. Cur ali Judei non interfuerint? Quomodo Daniel, qui ut alicuius et interessus debuisse, a iusu regio exceptus fuit?

Quibus breviter respondentes: Ad primum, vide ipsum Babylonum istam difficultatem solventem quadam partes.

Ad secundum, notandum est cum doctissimo Munter, *Bellum der Babylonier*, seit. lx, Babylonios in observanda justa et apta proportione non excelluisse. Igitur si ista statua humana figuram representabat, ut aliqui volunt, propter vocem hebraem *מִלְאָקֶה* *tsalem*, *imageum*, n. 31 (licet illi dicant simpliciter fasce columnam ad instar obeliscorum Egypti erectam), cur non dicamus vel in hoc Babylonios rudi suo et parum intelligenti judicio paruisse, vel in ingenti stylite istam statuam collacabat fuisse, ut ab omni populo consiperetur, huiusque columnae stoliditatem ipsiusque statua prout simus sexaginta cubitos adnascens.

Ad tertium, idem Munter in opera supra citato, diserte statutum pag. 69, ut patet idola colossica non aro solidi, sed ex aliis materia, ut puta argilla, ligno, confecta, quae deinde exterius insaurabatur, vel laminis aureis cooperabant, ut ipso Daniel, cap. xiv, 6, et Jeremia, cap. x, 3, 4, constat. Haec igitur statua vocatur aurea, eo quod extrinsecus aurea erat; sic etiam Ezecl. xxxix, 27, vocatur altare aureum, quod iuxta Ezecl. l, 4-3, ex ligno confectum, et laminis aureis cooperatum erat.

Ad quartum, eadem ratione haec statua vel columnam exercent, quia alias incredibilis altitudinem columnas vel obeliscos erigere soletan.

Ad quintum, ex parte respondet Cornelius ad vers. 12. Cui responsione adjicere libet, iuxta Nabuchodonosor's edictum, omnes officia regis fungentes huic dedicati, si interesse debebant, non vero ali Judaei. Quidam vero Daniel, quanquam de causa absens erat, ut haec pro tribus amicis suis, qui in formacem ardecentem illico concerti fuerant, intercedere non valuit.

hoe tamen facto et mandato Nabuchodonosoris derivatum videatur, quod scribit Philostratus, lib. I de Vita Apollonii, cap. xix, nimurum in Babylonie fruise morem, ut satrapa porta urbis praesidens neminem in urbem ingredi permitteret, nisi prius regis statuam adorasset. Porro satrapa vox est Persica, quae latine prefectus significat, sicut satrapa prefecturam. Quare ridiculum est, et illatione illi secundo condonandum, quod in Lyranus: « Satrapa dicitur quod sat rapiat. » Praefecti enim avari solent esse rapaces.

ET TYRANNOS, — serarii prefectos, qui tributa exigebant. Unde Vatibus, Arias et alii vertunt, *questores*. Vere S. Hieronymus: « Princeps, ait, congregantur ad adorandam statuam, ut per principes seducant et gentes. Qui enim divites sunt et potentes, dum timent carcere divitilis et potentia, faciliter supplicantur: seductis autem magistris, subditi populi majorum exemplo perirent. » Quis enim e plebe statum non adorat, quam a suo principe adorari videt? Quam multi hodie auream opum et honorum statuum, quasi idolum colunt!

8. STATUQUE. — T3 statim confirmat suspicitionem jam dictam, scilicet haec omnia confusa esse a Chaldeis in odium trium puerorum, quos rex praeferat Babylonie; hocque ipsi refraient regi, vers. 12, dum aiunt: « Sunt viri Judei, quos constituti super opera regionis Babylonis, » q. d. Judeos praeferisti Babylonie, eosque in hac re nobis popularibus tuis praelusti: ecce hi ipsi miseris, peregrini, captivi, et iudei, quos ita existunt, te spernunt, tibi ingratii et rebellis sunt.

12. SIDRACH, MISACH, ET ABDENAGO CONTEMPESTARUNT. — Ceterorum Judaeorum, utpote plebeiorum, mentionem non faciunt, quia horum trium capit et statutum petebant. Danielis non meminerunt, quia Daniel aberat, forte a rege alio ad negotia missus, ut vult Lyranus. Vel, si aderat, quasi primus a rege, regi asstabat: unde siue rex suum statutum non adoravit, ita nec Daniel. Porro Nazianzenus, orat. 47 (si latens est ejus): « Feruntur, ait, tres pueri in Babylone in fornacem conjecti, Ezechiae filii fuisse: « filii, » id est nepotes: erant enim ex semine regio, ut patet cap. i, 3; proprii enim filii Ezechiae esse nequivernat: nam a morte Ezechiae usque ad hunc annum regni Nabuchodonosoris 37 fluxerunt anni 133.

Note: Hi tres viri erant hoc tempore circiter 57 annorum: erant enim coevi Danieli, qui hoc tempore erat 57 annorum, ut dixi cap. ii. Non ergo erant pueri, aut juvenes, quia praeerant toti Babylonie; vulgo tamen vocantur tres pueri, quia pueri abducti erant e Judea in Babylonem, cap. i, vers. 4. Sic enim et hodie multi viri vulgi lingua vocantur Johanniculi, quia pueri ita vocantur.

15. SONITUM, etc., SAMBUCE. — Sambuce, sive sambycs era genus instrumenti musici trianguli, quod nervis longitudine et crassitudine inquali-

bus constabat : solebat levior carminum generi adhiberi : unde proverbium, « Sambucum aptare cothurno, » id est levia aptare gravibus.

SYMPHONIA. — Symphonia grecæ est consonantia et concentus musicus : hic tamen videtur esse instrumentum musicum (ut et alia hic) quod ferro in orbe traducto agitur, editique suavem concentum, quale est illud quod hodie cœci mendici circumcedunt pulsant.

46. NOS OPORTET NOS DE HAC RE RESPONDERE TIBI. — Nota : Hi tres pueri, interrogati de sua fide et religione a rege, debebant et responderem, suamque fidem et religionem profiteri, uti de facto hic respondent et profidentur. Alter ergo hic non respondere accepit. Itaque sensus est, q. d. « Non oportet, » id est non opus est, « responderem, » id est cogitare et deliberare quid respondeamus. Est metalepsis, q. d. Non est opus ad tibi respondendum de hac re, ut ipso facili et certa, aliisque deliberatione, quam videris, ex rebus nobis offerri ; dicens : « Si estis parati ; » certum enim fixumque nobis est, unus Deum colti et terris colere, nec statuam tuam adorare, uti sequitur : non ergo negant opus esse responsum, cum continuo respondent, sed deliberatione.

Secondo et planius, q. d. In re tam stolida, impia et indigna, quam nobis proponis, non est opus responsum. Claram enim est unum tantum esse Deum quem colimus, eumque posse nos a tuis manibus liberare : quod si nolit, eum tamen solum colamus, non tua dulda. Unde Septuaginta vertunt : *Non nosce habemus nos de verbo isto responderem tibi* (1).

Nota hic intrepidam libertatem, resolutionem, fortitudinem et animos horum trium puerorum, quos graphicè depingit S. Chrysostomus, hom. 4 et 6 ad *Populum*.

Tertio. Vatablus et alii vertunt : *Non est nobis cura, vel non sumus solliciti super hac re tibi responderem* : quia Deus curam gerit nostris illi potens est nos liberare, si volit ; si nolit, et hoc nobis placet : tam enim mors, quam vita nostra illi cura est ; sive enim vivimus, sive morimur, Domini sumus.

Hic sensus non est incommodus, prior tamen est commodior. Nam Chaldaicum **חַדָּחָה** chasach significat esse opus, vel esse necesse, ut vertunt Sep-

(1) Proclus inversim illa responsum vix est quibusdam interpositus ut superbia et arrogans plena. Talem esse judicial Kirms, *Commentatio historico-critica, exhibens descriptionem et censuram recentium de Daniello libro opinionum*. Sed notandum est primo, priores non hunc loquendi modum quem illius Kirms attribuit, utraverse : *Ista quidem sollicitatio non responde quidem digna est*. Sed simpliciter dicunt : Non necesse habemus tibi responderem, quia ipso facto declaramus, nos non posse adorare simulacrum, quod pro Deo non habemus. Secundo, similliter responderunt septem fratres Machabæi, *Machab.* vi, 2 : *Quid queris et quid vis discere a nobis ? parati sumus mori, &c. Iisdem fure verbis multa post secula S. Cyprianus : In re tam sancta, nulla deliberatio.*

taugint, nou autem, esse *solicitum* : nisi dicas illud ex hoc consequi : ideo enim aiunt non esse opus responsum, quia de eo non crant solliciti. Pulchro et pie S. Zeno Veronensis Episcopus et martyris sub Galieno imperatore, serm. 4 *De tribus hisce pueris* : « Tres, inquit, pueri in illo sacro certamine præ oculis Deum sibi proposuere non flammas : premium futurum, non premam. Sieque inter tetros undant incedunt globos triumphantes, barbarum regem, minas omnes, ipsum quoque supplicium docerunt, ignes sanctis hominibus non esse fortiores. » Et serm. 6 : « Vindicatur de incensoribus suis, Deum vident : more transit in vitam, metus in gloriam. Sic quis non optet ardore ? » Hi ergo heroes sunt, in quos competit aure illa Ptolemei sententia, que habetur in *Proflat. Almogestis* : « Ille alior est mundo, qui non curat in cuius manu sit mundus. »

Similis fuit resolutio et responsio S. Cypriani, ad similarem propositionem proconsul : « Aut sacrificia diis, aut peribis. » Respondit enim Cyprianus : « Christianus sum, et diis sacrificare non potero ; ta vero quid tibi preceptum est, fac in re enim fam justa, nulla consultatio est. » Deinde morti adjudicatum se audiens dixit : « Gratias ago Deo omnipotenti, qui me a vinculis huius corporis dignatus absolvere. » Ita Pontius Diaconus in eius Vita.

Ita quoque paulo ante mortem S. Cypriani, ferrunt a preside elibannum calcis accensum, et in ore illius prunas cum thure exhibitas, et presidem dixisse christianis : Eligite et duobus unum, aut thura hic offerte Jovi, aut in calorem demergi. Tunc trecenti viri fide armati, se ictu rapidissimo, Christum Dei Filium confidentes, conseruent in ignem, et inter vapores calcis pulveres sunt demersi, quos sibi Christus consecravit. Testis est Pontius ibidem.

Ita Liberius Pontifex, cum Constantius Imperator mandasset ut, nisi intra biduum sententiam mutaret et ad arianos inclinaret, relegueretur, respondit : « Mihi, o Imperator ! die ad deliberandum non est opus, Jam enim olim ista et deliberata sunt a me, et decreta. Itaque jam ad hinc discedendum paratus sum. » Testis est Sozomenus, lib. III, cap. x.

Ista communis olim martyrium fuit sententia, cuius causam assignat Terullianus, *Apolo. ult.* : « Cruciate, inquit, torque, damnate, atterite nos. Probatio est enim innocentes nostre iniiquitas vestra ; crudelitas vestra illecebra est secte nostra, plures efficiunt quoties melius a vobis, semper est sanguis christianorum. Omnia huic operi delicta donantur ; cum damnamur a vobis, a Deo absolvimur. »

Idem in lib. *Ad Martyres*, christianas in carcere aliquos : « Bonum, inquit, agonem subire estis, in quo agnethotes. Deus virus est : xistarches, Spiritus Sanctus ; corona, eternitatis brachium ; angelicus substantia, politia in celis ; glo-

menta contigit. Hosce imitemur, et similia experientur.

21. TIARIS. — Tiara genus est pilei, quo Chal- Vers. 24 dei et Perso utuntur. Ita S. Hieronymus.

24. ET AMBULANT IN MEDIO FLAMMÆ LAUDANTES Vers. 24 DEUM. — Est mysterologia. Hos enim posterius contigit, scilicet postquam angelum videant, et tandem, et ignes abigentem ; ita ut certi essent se in igne fore illatos. Tunc enim, soluti ab angelo vinculis, ambularent laudantes Deum, dicensques : « Benedictus es, Domine, » etc., vers. 32. Et forte hic versus ei pertinet, et olim in Hebreo eo loco positus erat ; in laciniis enim hisce ex Theodozio insertis, non ubique servatus est ordo, qui erat in Hebreo. Idem videtur est in facinus additis ad librum Esther, cap. 1, 11 et seq. Unde Vatablus hec verba omittit. Ille ergo fuit ordo rei geste : *primo*, hi pueri colligati concipiunt sunt in fornacem. Descendit cum eis angelus tutans eos ab igne, sed ab eius nudum visus : unde Orient Deum ut se ab igne tutetur, vers. 26. *Mox angelus* se cis ostendit ignem abigent : unde, soluti vinculis, ambularent cum eo laudantes Deum, vers. 32.

25. STANS AUTEI AZARIAS. — Nota : Azarias nomine suo et sociorum hanc orationem protulit in medio flammarum, antequam angelus ei appareret, cum adhuc incertus esset an ex flammis eripiens esset, nec ne. Unde ex his ipsi orat, vers. 43, dicens : « Erue nos in mirabilibus tuis, » idque oratione haec impetravit : unde mox, vers. 49, apparuit angelus liberans eum cum sociis. Ibi soleit Deus suos initio in tentatione relinquere, ut eum invocent, et invocatus mox succurrat. Quocrea in Vitis Martyrum passim legimus eos, dum cruciarentur, semper ad Deum se convertisse, ac vires et fortitudinem ab eo postulasse et impetrassæ : sciebant enim se suis viribus tam acria et varia tormenta sustinere non posse, sed eis a Deo petendas. Hinc nonnulli in equis tibi tubanibus, dum orarent, a Deo confortati sunt : ali si belli fidentes, a Deo relieti, occiderunt.

Nota : Hec oratio, et certa usque ad vers. 91, jam non existat in Hebreo, sed ex ex Theodozio se translatis fautor S. Hieronymus.

26. BENEDICTUS ES, DOMINE. — Docet hic Azaria orationem inchoandom esse a laude Dei : laudandus enim est Deus, etiam cum adversa nobis immittat, etiam in morte et martyrio, ut hi tres in igne laudent Deum, Deique justitiam sua suorumque peccata castigant. Vide dicta *1 Tim. ii, 1*.

27. UNIVERSA OPERA TUA VERA. — id est integræ sunt, aqua et perfecta. Opera et iudicia dei triplie sunt vera sunt, inquit Pererius. **Primo**, veritatem : quia sunt conformata sua regulae, scilicet sapientie Dei. **Secundo**, veritatem justitia : quia per ea justus Deus puni impios, et premiat pios. **Tertio**, veritatem fidei : quia respondent Dei promissis et communionibus.

28. IN VERITATE ET IN JUDICO, — hoc est in ve-

sitate iudicati, sive in vero, id est justo iudicio. Est bendyadis. Sensus est, q. d. Juste, o Domine! Ierusalem, Judeos et nos tradidisti Chaldaeis; quia peccavimus tibi. Nota humilitatem Sanctorum et martyrum, qui publicas clades, quin et uas in iis mortes et martyria, suis suorumque peccatis ascribunt, quia videbant ad cumulum peccatorum, ob quem Deus tam graves clades immissit, aliquid cuiusque, etiam Sancti et martyris, peccata addunt et confrument, licet parvum id sit et exiguum. Pari modo peccatis suis stragem Antiochii, suamque in ea necem et martyrium adscribunt septem fratres Machabei, II Machab. VII. Alioquin certum est Santos sape Azarias predixit futura, et respexit in Christum, qui est Sanctus sanctorum, ex Jacob nasciturum.

38. ET NON EST IN TEMPORE HOC PRINCIPES, ET DUX, ET PROPHETA. — Quia Daniel potius somniorum regiorum erat interpres, quam propheta populi: Ezechiel autem propheta abierat, agebatque in Chobar aliisque chaldae locis, eratque is unus et captivus. Itaque « non est », id est *vix illus est* (1).

NEQUE SACRIFICIUM. — Templum enim et altare cum Ierusalem erat eversum : et licet postea Iudei novum altare exerexerint, ut patet Baruch 1, 1, tamen pauperim, rarissime et tenuisse in illis urbibus ruinis exiebantur.

40. SIC IN HOLOCAUSTO ARIETUM. — Multi codices hec ita dispungunt, ut hic inchoent sententiam, qua per antapodoton, hoc est similitudinē redditionem, expletarum cum subditur : « Si fiat sacrificium nostrum. » Verum sic diendum fuisset : « Sic holocaustum (*non in holocausto*) arietum, si fiat sacrificium nostrum. » Dico ergo huc verbus esse referenda ad id quod precedit, sicutque esse ordinanda et dispungenda cum Septuaginta et Romanis : « In animo contrito, et spiritu humiliatis suscipiamur, sicut in holocausto arietum, » etc., q. d. Sicut suscipit holocaustum arietum, sic suscipe animum contritum et spiritum humilem, quo nos tibi ad expianda nostra nostrarum gentis peccata, per martyrum offerimus in sacrificium.

Aliter verit et dispungit Vatablus, nimurum si: *Instar holocaustorum arietum, etc., sit coram te sacrificium nostrum.*

SIC FIAT SACRIFICIUM NOSTRUM. — Martyrium suum vocant « sacrificium », non proprie dictum, sed mysticum. Licit enim Christi martyrium in cruce fuerit sacrificium proprie dictum, idque unicum legi nova, quod in Eucharistia quotidie representamus et iteramus; eo quod ad hoc (puta ut esset sacrificium expiatoriorum peccatorum hominum) a Deo fuerit institutum et ordinatum, ideoque omnibus Iudeororum victimis figuratum et adumbratum; tamen martyrium fidolium non est sacrificium proprie dictum: quia ad hoc non est a Deo institutum et ordinatum, sed est metaphora.

(1) Non ignorare poterat Daniel, regem Jechoniam, se, Baruch et Ezechieli existere. De sola igitur Iudea intelligenda sunt ista verba, ubi revera Hebrei tum nec regem, nec prophetam, etc., habebant.

33. CONFUSIO ET OPPROBRIUM FACTI SUMUS SERVIS TUIS, — puta Judei, fidibus tuis: his enim objectant hostes nostri et nomini tui, puta gentiles idololatri, calamites nostras, qui te eadem cum illis fide colimus; dicuntque: Vosne estis socii et gentiles istorum reorum qui vivi in ignem sunt coniecti; vosne Deum illum collitis, qui vestros hoce populares ita affligi et cremari permitti? qui vos non potest, aut non vult, e capitate et tantis erumus liberare?

34. NE, QUESUMUS, TRADAS NOS — gentibus et vestigii huic devorando.

ET NE DISSIPS TESTAMENTUM (id est pactum) VITIUM : 35. PROPTER ABRAHAM DILECTUM TUUM. — *Alioquin* Nota: Abraham vocat « dilectum » Dei: quia ab eo ex Chaldaeis et idololatria electus et eductus, factus est pater Christi et credentium. Isaac vocat « servum » Dei, propter obedientiam, qua se habuit Deo per manus patris victimam tradidit. Jacob vocat « sanctum », primo, ob innocentiam; secundo, quia ipse se Deo obdulit, primusque ei votiv decessus; tertio, quia Spiritu Sancto plenus Azarias predixit futura, et respexit in Christum, qui est Sanctus sanctorum, ex Jacob nasciturum.

38. ET NON EST IN TEMPORE HOC PRINCIPES, ET DUX, ET PROPHETA. — Quia Daniel potius somniorum regiorum erat interpres, quam propheta populi: Ezechiel autem propheta abierat, agebatque in Chobar aliisque chaldae locis, eratque is unus et captivus. Itaque « non est », id est *vix illus est* (1).

NEQUE SACRIFICIUM. — Templum enim et altare cum Ierusalem erat eversum : et licet postea Iudei novum altare exerexerint, ut patet Baruch 1, 1, tamen pauperim, rarissime et tenuisse in illis urbibus ruinis exiebantur.

40. SIC IN HOLOCAUSTO ARIETUM. — Multi codices hec ita dispungunt, ut hic inchoent sententiam, qua per antapodoton, hoc est similitudinē redditionem, expletarum cum subditur : « Si fiat sacrificium nostrum. » Verum sic diendum fuisset : « Sic holocaustum (*non in holocausto*) arietum, si fiat sacrificium nostrum. » Dico ergo huc verbus esse referenda ad id quod precedit, sicutque esse ordinanda et dispungenda cum Septuaginta et Romanis : « In animo contrito, et spiritu humiliatis suscipiamur, sicut in holocausto arietum, » etc., q. d. Sicut suscipit holocaustum arietum, sic suscipe animum contritum et spiritum humilem, quo nos tibi ad expianda nostra nostrarum gentis peccata, per martyrum offerimus in sacrificium.

Aliter verit et dispungit Vatablus, nimurum si: *Instar holocaustorum arietum, etc., sit coram te sacrificium nostrum.*

SIC FIAT SACRIFICIUM NOSTRUM. — Martyrium suum vocant « sacrificium », non proprie dictum, sed mysticum. Licit enim Christi martyrium in cruce fuerit sacrificium proprie dictum, idque unicum legi nova, quod in Eucharistia quotidie representamus et iteramus; eo quod ad hoc (puta ut esset sacrificium expiatoriorum peccatorum hominum) a Deo fuerit institutum et ordinatum, ideoque omnibus Iudeororum victimis figuratum et adumbratum; tamen martyrium fidolium non est sacrificium proprie dictum: quia ad hoc non est a Deo institutum et ordinatum, sed est metaphora.

(1) Non ignorare poterat Daniel, regem Jechoniam, se, Baruch et Ezechieli existere. De sola igitur Iudea intelligenda sunt ista verba, ubi revera Hebrei tum nec regem, nec prophetam, etc., habebant.

ricum et mysticum; quod tamen omnibus veterum victimis, utpote irrationalibus, est nobilis, Deoque gratius. Sensus ergo est, q. d. Instar holocaustorum arietum, et multorum agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum holocaustum, et pingue, pinguedine spiritus et devotionis, ut placeat tibi, utque hoc, sicut illa, suscipias, sciens sacrificium hocce orationis, confessionis, penitentie, laudes et martyris, quod tibi in igne hoc offerimus.

Sacrificia martyrum. — Pari modo martyres qui sub Dioceletiano Nicomedie, ipso festo nativitatis Christi in templo cincti, cum tyranus eis incendum intentaret, proponeretur ut, si quis ex eis sis consuleret vellet, egredieretur, et thus Jovi in ara proxima adoleret, unus per omnibus libere respondit: « Omnes nos christiani sumus, unum euidentur que solum Deum et Regem credimus esse Christum; et ipsi. Patrique ejus, et Spiritui Sancto sacrificare, atque omnes nos una offerre paratis sumus. » Vix ille hec dixerat, cum ignis succendatur, qui quasi in momento templum omnem complexus, illos omnes (erant autem viginti hominum milia) quasi holocausta combussit, et in cinereum rededit, ut refert Nicephorus lib. VII Hist. cap. vi.

Similiter nobilis illa virago et martyr, que sub Duma tyranno, in Nagran Arabie civitate, tempore Justinii Imperatoris, anno Christi 522, cum duabus filiis passa est, cum eas ense confodiri videtur, earumque sanguinem sibi a carnifice propinari; cum accepientis gustans, ac in colum suspiciens: « Tibi, inquit, Christe Domine, hoc meum offero sacrificium, et tibi martyres exhibeo virgines castas, que egressae sunt ex utero meo, cum quibus quoque me communiqueram introduc in tuum thalamum, et, ut dicit divinus David: Ostende matrem propter filios letantem. » Quare et ipsa martyrio laureata est. Haec in Procedere Baronius, tom. VII, anno Christi 522, pag. 91.

Ita et S. Barlaam martyr, cum tortores dextiram ejus foco incenso immitteret, thusque ei imponebat, sperantes quod vi ignis expugnata manus illud in aram excuteret, itaque videtur ipse in arca thus idolo adolevisse; stetit corpore et manu immotus, cineras instar flammarum ferens ac superans, dicens: « Benedictus Dominus Deus meus, qui doceat manus meas ad praelium, et digitos meos ad bellum. » Testis est S. Basilius, oratione in S. Barlaam.

Ita et duo illi nobiles juvenes Antiocheni sub Dioceletiano, de quibus Eusebius, lib. VIII Hist. cap. xi, cum simulacris immolare cogenerunt, dixerunt: « Dicite nos ad aras. Et cum fuissent adducti, manus suas ardenti igni superponentes: Si subtraxerimus, inquit, sacrificasse nos credite. Et quoadusque caro omnis in ignem deflueret, immobiliter perdurarent. »

Ita S. Getulius martyr in tormentis: « Gratias, sit, ago Deo et Iesu Christo, eique meipsum sa-

cificum mundum offero: » eisque uxori Symphorosa, cum ei diceret Adrianus Imperator: Aut sacrificia diis, aut te cum filiis sacrificari faciam; respondit: « Unde mihi tantum boni ut merear cum filiis offerri hostia Deo? »

Ita S. Vitus puer cum sociis Modesto et Crescenzio a Dioceletiano (eujus filiam a demone liberata) ingratim imperatore missus in fornacem ardente plumbo, resina et pice, cum diceret Dioceletianus: Nunc videbo si Deus tuus possit te de manu mea liberare; Vitus, facto signo sanctæ crucis, fornacem ingressus, instar trium horum puerorum stetit ab igne illatus, cantans cum duobus sociis hymnos et laudes Deo, atque prius inde exiit, perinde ac si in suavisimo balneum stetisset. Ita habet ejus Vita 15 junii.

Ita et S. Laurentius, quem merito tribus hisce pueris adequat S. Augustinus, serm. 1 de eo: « Siquidem, inquit, illi in pectorum suarum flammis ambulabant, hic et in ipso supplici sui igne discendebut: illi vestigis pedum concilarunt discordia, isti laterum suorum diffusione extinxerunt, » etc. Et inferius: « Ut impleretur psalmi propheta, quae dicit ex persona S. Laurentii: Proba me, Domine, et tenta me, ut res mes meos et cor meum, duplice se postulat igne comburi. Nam si de solo mundi igne loqueretur, sufficeret res tantum exurendos incendiis obtulisse. Cor autem nisi flamma Christi non urit. »

UT PLACET TIBI. — Graece, *ἰκανὸν ἄνθετον τοι*, id est perficitur post te; vel, ut Complutensis, *expleat post te;* hoc est, ut Vatablus, ut plene et usque ad finem et mortem sequamur te. Est hebraismus. Hebrei enim dieunt *לְמִלְחָמָה בְּנֵי לִימָא דַחֲרֶה*, ut implreas post te, hoc est, ut plene et sequamur, plene tibi obediamus, plene tibi serviamus.

44. QUI OSTENDUNT (id est exhibent) SERVIS TUS MALA. — Sic sepe alibi ostendere ponitur pro facere.

46. SUCCEDERE FORNACEM NAPHTHA. — Naphtha est fomes et pavulum ignis, simile bitumini. Vide Plinii, lib. II, cap. xv; unde graece *πυρίνη* dicitur in arca *πῦρ*, id est igne. Alii, inquit S. Hieronymus, ossa olivarum que projiciuntur cum amara arefacta, naphtham appellari putant.

ET MALLEOLIS. — Malleoli vitium sunt sarmenta ad incendendum ignem, ait Theodoretus, aut positi, ut Nonius Marcellus, malleoli sunt manipuli spartei pice oblitii et obdusi, qui incensi in muros, aut in testudines hostium jacintur, ut eas succendant. Hinc patet non esse verum quod docent Albertus Magnus et Dionysius Carthusianus, scilicet, in medio fornaci hujus fuisse ignem tantum quod substantiam, non quod actionem, puta unctionem. Nam ignis hic egit in malleolis, eosque combussit.

49. ANGELUS AUTEM DOMINI DESCENDIT. — Jam ante descendenter cum eis angelus, ut primum in fornacem conjecti sunt, tutans eos: aliqui enim

mox ab igne combusti fuissent; sed a puerorum oculis se abscondit, ut illi, videntes suum in igne periculum, orarent Deum. Orarunt ergo, mox angelus se cis ostendit, visusque est ad eos descendere, ac ventum inducere, ut hie dicunt: Visus ab angelo, in persecutions et tribulatione unicum medium esse orationem et refugium ad Deum: qui eo usi sunt, susterunt et viceversa; qui non sunt usi, defecerunt et ceciderunt. Audi S. Cypriani (vel quisquis est auctor), tract. *De Duplici martyrio*: « Novi ego ac flevi quosdam magna animi fortitudine preditos, qui jam corone proximi defecerunt, et quem di professi fuerant, abegnarunt. Quid fuit in causa? Dimoverant oculos ab eo, qui solus robur dat infirmis; intermisserunt orationem, ac ceperunt ad humana presidia respicere. Contemplabantur sue naturae virielas, considerabant ungulas, aequos, carentes laminas, ferrum et ignem, reliquiasque carnicinae apparatum, etiam aspectu horrendum, et cruciatum atrocitatem cum suis viribus conferebant; et idem victoriani amiserunt et manibus. Ubi quis ita cogitat: Hoc possum, illud perpeti non possum; nunquam feliciter peragam martyrium. Sed qui se totum tradit divina voluntati, non alio spectans quam ad illius opem, in demum firmus est et invictus. Hoc autem fieri non potest, nisi adit vera ac vivida fides, nihil hasitans, nihil disquiens, nec cogitans quantitate tyrannorum scvitata, quanta hominis imbecillitas, sed quanta sit Dominii virtus, qui certat ac vincit in membris suis. » Et paulo post: « Nec quisquam sibi dispiceat, si corpore pariter et anime sentiat gravem ac diutinum molestiam: tantum fidat ei qui certat, et non patitur quemque latenter supra id quod potest, sed facit etiam cum tentatione proventum. » Hinc passim martyres in tormentis assidue orasse legimus. Exstat oratio ardens S. Cypriani ante martyrium, in fine operum eius.

Nota primo: Chaldei hos tres pueros miserunt in igne vestitos et colligatos, ut patet vers. 23; sed funes et ligamina haec mox solvit vel ignis fornacis, ut volunt S. Hieronymus et Chrysostomus, vel angelus cum eis in fornacem descendens: unde cum eo ibidem ambulare sunt visi, vers. 92.

Nota secundo: Hi pueri ab igne servati sunt prius, quia angelus excusisti ignem, cumque ab eis abegit et removit ad latera fornacis, et extra fornacem: unde ibi Chaldeos tortores et incensores succidunt; tres vero pueros non teligit. *Secundo*, quia auram « quasi ventum roris, id est, roridum, et flammam » vel, ut Vatablus verit, quasi roscidum plenum susurrantem, loco et vice ignis supernaturaliter induxit, tum ad refrigerium eorum, tum ad respiracionem: nee enim alter vim ignis suspendere poterat angelus. Unde S. Ambrosius, lib. VI in *Lucam*, cap. II: « Cantaverunt, ait, Hebrei, cum vestigia eorum

tactu flammea rostantis humescenter, et intus ex traque ardentibus omnibus, solos tamen immoxius ignis lambheret, nec adureret. » Et S. Zenus Veronensis Episcopus, serm. 8 *De tribus pueris*: « Mors, ait, refugens mutat officium, incensores cremantur: incensis hymnum canentibus flamma blanditur: Deus a creatura universa benedicitur. In tribus una mens, una virtus, unus triumphus. Melioratur vita supplicio. Rex videbit pueri, si non eos precepisset ardore. » Et S. Augustinus, serm. 240 *In Tempore*: « In fornacem, at, missi sunt Sancti, fugienti flammæ, cedunt ignes, incendia expavescunt. Ostendunt justorum meritum, dum tyranni contemnunt imperium. Licit Sanctis cum igne jocari, quibus cum hominibus non licuit comparari. Accipe, hostis, a supplice exemplum, qui humanitatem perdidisti consilium. Fugient ignes justos, quos injuste damnasti. Damnant hostes, et absolvunt ignes. Chaldei adjiciunt, et ponere defendunt. Homines seviant, et supplicia venerantur, ac persequebentes puniunt. » *Tertio*, Deus hujus venti actionem, *Tertia*, scilicet refrigerationem, continuavit, valide et continuo cum ea concurrendo, ac consequenter ignis vicini, si quis erat, actionem in eam partem, ubi tres pueri erant, vel hebetavit et minuit, vel omnino suspendit, concursum suum ei subtrahendo, sine quo nec ignis ardere, nec sol lucere, nec illa creatura quidquam agere aut facere potest, et hoc inmutuit vers. 94.

Tempus martyris consularum.

Simili modo Deus S. Theclam, Agnetem, alias que plurimas virgines et martyres in igne et tormentis recreavit et refrigeravit. Simile refrigerium presulit Deus Theodore adolescenti Antiocheno, qui propter psalmorum cantum a Juliani Apostoli prefecto crudeliter excruciatum, cum a Rufino Ecclesiastice historie scriptore rogaretur, an non in illis cruciatibus maximum sensisset dolorem, respondit: « Non multum acerbitas et tormenti mihi accidit: astitit enim mihi adolescentes, et sudorem qui ex conflicitatione orientabat, abstergit, animum confirmavit, festicit ut tempus quo cruciabar, voluntati potius esset, quam angori. » Unde dolebat se cruciatibus eripi, optabatque illis redditi, ut rediret illa consolatio. Ita Socrates lib. III *Histor. cap. XVI*.

Ita et S. Victor martyr sub Maximiano, cum Mediolani bullienti plumbo totu corpora perfundebat, orabat dicens: « Domine Jesu Christe, proper cuius nomen hunc patior, adjuva me et libera me sicut liberasti tres pueros immaculatos de camino ignis, et confudisti tyrannum: ita et me quoque nunc libera, ut erubescat Maximianus cum satellitibus suis. » Mox affuit angelus Domini, plumbumque uta refrigeravit, ut asset instar aquae et fonte manantis, nee illa in parte corpus martyris adustum est. Unde martyris in Dei laudes erupit: actandum predicemus imperatorem Maximianum eo anno moritum, capite plexus in colum evolavit. Ita narrat oculatus testis

Maximianus notarius in ejus Vita 8 maii. Sic et S. Polycarpus, discipulus S. Joannis, in igne manus ihesus, flamma instar venti eum circumdauit, testa Eusebio.

Quin et S. Franciscus, cum ad avertendam occulorum distillationem et caecitatem, ei inurendum esset ferro candente cauterium, ad illudque caro ejus temera exhorresceret: « Mi frater, ait, ignis, estis mihi haec hora propria. Precor magnum Dominum qui te creavit, ut tuum calorem mihi temperet, quo suavitatem valcam sustinere. » Mirum dictu! urente ferro, nec ignis ardorem, nec carnis dolorem sensit; quia enim caro ejus plena spiritu erat subdit, et spiritus Deo, eo ordinata, fibrat ut creatura suo creatori deserviens, ejus voluntati et imperio mirabiliter subiaceret. Quare fratres carnificibus hanc aspicer non valentes, et fugientes irrepans, ait: « Pusillanimes et modicas fidei, quare fugitis? nonne poterat ille temperare mihi fratri ignis ardorem, qui Babylonis pueros inter ipsas flamas servavit illos? »

Mystice S. Gregorius, XXX *Moral. xiii*, docet abstinentes non tangi igne libidinis: « Cum, inquit, carnem restringimus, ipsis abstinentia nostra citibus immundos spiritus verberamus: et cum hoc quod est intra nos subiiciamus, extra positis adversariis pugnas damus. Hinc est quod cum rex Babylonis succedit fornacem jubet, naphtha, stuprum, picis et maleoli ministri congeriem precepit; sed tamen abstinentes pueros non igne minima consumunt: quia antiquis hostis licet innumeris oiborum concupiscentias nostris obtutibus opponat, quibus libidinis ignis crescat, bonis tamen mentibus superni spiritus gratia insibilat, ut a carnalis concupiscentiae astibus illesse perduren, ut et si usque ad tentationem cordis fiamma ardeat, usque ad consensum tamen tentatio non exurat.

ET NON TETIGIT EOS OMNINO IGNIS. — Recte si qui corpora horum puerorum comparant cum *lamandra*, que sua frigiditate et humiditate prunas (nisi nimis sint, et nimis accense) restingit. *Secondo*, S. Basilius, hom. *In laude jejuni*, etiam comparat amianto (de quo dicit *Iacobus xlvi*, 2, lapidi qui in igne ardet, sed ex eo integrus et superior egreditur). Rursum integrum corum in igne tribuit (ut et Bernardus, *De Modo bene vivendi cap. xxiv*), virtuti jejuni, quod colerunt tres pueri, ut patet cap. I, 16. Damascenus etiam, lib. IV, xxv, eandem adscribit eorumdem puritati et virginitati: et recte. Ita enim virginum multorum corpora ab igne et a corruptione diu manserunt illesa. Majus enim miraculum est animam in tentatione libidinis, quam corpus in igne manere illesum. Nunc demones S. Dominico non fundatori, sed alteri ex ejus Ordine, cum gravem mulierem cuiusdam tentationem superaseret, exclamaverunt: « Vieisti, vieisti; quia in igne fuisti, et non aristi. »

Vidi ego Tridenti corpus S. Simonis pueri innocentis et martyris a Judeis in paraseve occisi; et Bononiae corpus S. Catharinae virginis ante 150 annos defunctum integrum prorsus et illasum. Memorabile vero fuit exemplum S. Cunegundi, quem cum Henrico II imperatore in continentia vixit; cumque quadam vice maritus *cam suspectam* haberet, quasi famulo cuidam esset familiaris, illa ut virginitatem suam probaret, nudis plantis super candens ferrum ambulavit illas; quare moriens maritus, vocatis parentibus ejus: « Accipite, inquit, vestram filiam; eam accepi virginem, virginem vobis reddo. » Cunegundi deinde purpuram cum cilicio commutavit, habitumque Religions in monasterio Confugiensi a se extructo induit, ubi mira humilitatis, pietatis et virtutis dedit documenta; ac rursum ignem noctis paleus corripiente, signo crucis facto, extinxit. Demum quindecim annis religiosa in monasterio transactis, clieio in quo vixerat immortua est, ac miraculis clara ad virginum sponsum Christum *dominum* evolavit in colum. Ita habet Vita ejus, quam ex vetusto et fideli auctore edidi noster Greiserus.

Pari modo Theognia, que secreto cum marito Anastasio per 40 annos in continentia vixerat, prodita est a S. Basilio, qui jussit in sinum ejus carbones ardentes effundit, quos ipsa illas gestavit. Ita Amphiphilus in *Vita S. Basilli*, quem tamen Vita mihi aequa ac Baronio, et aliis viris doctis suspecta est.

Mirabilis vero est quod referit Cassianus, *Colat. XV, cap. x*, abbatte Paphnutio, qui, cum casu flamma ejus manum corripiens combusso-

bat, indoluit quod flamma ei non parceret nec cederet, cui demones cedebarunt, quos illa ab ossibus expellebat; quare angelus, ei apparet, dixit: « Cur, Paphnuti, tristis es, quod needum pacatus tibi sit ignis iste terrenus, cum adhuc residat in membris tuis carnalium motuum nedum ad purum execta commotio? ejus radices donec in tuis vivunt medullis, ignem istum

materialem nequaquam tibi pacificum esse permittent. Vade, apprehende virginem pulcherrimam, et si illam tenens, tranquillitatem tui cordis immobilem, estusque carnales pacificos in te

senseris perdurras, hujus quoque visibilis flamme mitis atque immoxius, in modum illorum trium

Babylonica puerorum, te allabent attactus. »

Anno Domini 530, Toleti, sub Amalarico rege, Concilium est celebratum, cui prefuit Montanus: qui, ut loquitur D. Isidorus, post Celsum fuit Toletana sedis metropolitanius Episcopus vita et eruditio clarus. Is antiquissima fidelique relatione narratur ad propulsandam conjugalem conversationis infamiam, candentes prunas tam-
di tenuisse veste, dum Sacrum pareret: eoque peracto, nee pruna ignem, nee veste invita-
tum est amissione decorem. Ita Joannes Vazeus in *Chron. Hispan.* ad annum 530.

Consimile huic scribit Leontius in *Vita S. Joannis Eleemosynarum*, non longe a calce eius *Vita* : Porphyria, inquit, prius forniciaria, cum ab Abbate conversa, ei quasi in quodam salutis asylo cohabitat, incedit in suspicionem temerarie plebi, quasi ab Abbate filium gemisset; quem nee ipsa generat, sed abjectum collegerat. Coram igitur cunctum, et eo amplius testibus Abbas in sue ac mulieris castitatis testimonium adferri primum jussit : evolut autem eas in proprium vestimentum, quod nulla prorsus parte ambustum est, omnibus id admirantibus.

Insigne aliud narrat Gregorius Turenensis, *De Gloria Confessorum*, cap. LXXXVI : « Simplicius ait, perpetua cum uxore castitatem servaverat; electus autem in Episcopum, domi virginem adhuc uxorem foebat, uti sororem. Die igitur Natalis Domini, communis civibus adversus virginem per inanem suspicionem, sic ad illam locuti sunt : Incredibile est mulierem viro junctum pollui non posse, sed nec vir poterit artibus mulieris jungens a colui abstineat. His commota virgo sanctissima, adit Pontificem simili castitate pollentem, arcuamque tunc, ut fieri solet pro rigore hiemis, carbonibus plenam penes se habens, accita famula expansoque pallo, prumas ardentis suscepit, et fere horae unius spatio tenet, sacerdoti postea sic ait : Acepit eum et mihi solito ignem, nequamque tuis velaminibus noctifurum : suscipiente vero Pontifice, nihil offensum est velamen ejus ab igne. Credidit tunc incredula gens, atque supra mille sacro baptisma sunt initiati.

Notat Perarius in his tribus pueris octo miracula: *primum*, quod ignis eis luxerit, sed eos non usurrit : *contrario* ignis inferni mitem urit dannatos, minime tamen eis iacet, inquit S. Basilius in *Psalm. xxvii*, et S. Gregorius, lib. IX *Moral.* cap. XLIX. *Secundum*, quod ignis hic parcens pueris, quos intra se habebat, eruperit et invaserit Chaldeos extra et remote consistentes, eosque concremerari. *Tertium*, quod ignis hic vineula juvenum dissolvit, inquit S. Hieronymus, et tamen corpora et vestes eorum non attigit. *Quartum*, quod igne poterant non tantum resurserit, sed et libere loqui et Dei laudes decantare. *Quintum*, quod angelus vultu radiantissimo flammam ab eis depulit, et cum eis in fornae ambulavit. *Sextum*, quod tres pueri ibidem afflati Spiritu Sancto divinissimum hymnum (qui est *Scriptura Canonica*) composuerunt, et uno ore concinuerunt. *Septimum*, fuit ventus torridus, qui ignis vim restinxerit et pueros refrigeravit, ac mire recreavit. *Octavum*, quod rex vidit angelum in fornae cum pueris ambulantem, quem alli videre non poterunt. Itaque in his pueris impletum est illud *Isaia* cap. XLII, vers. 2 : « Cum transieris per aquas, tecum ero, etc.; cum ambulaveris in igne, non comburis, et flamma non ardebit in te. » *Audi* S. Chrysostomum, homil. 4 ad *Populum* : « Ignis

murus illis factus est, et vestis flamma, et fons fornax, et ligatus capiens solutos reddidit. Mortalia excepti corpora, et tanquam immortalibus abstinuit; non agnoverat naturam, sed pietati reverentiam exhibuit; vinxit pedes tyranus, et ignis vim pedes vinixerunt. O rem mirabilem! vincitos solvit flamma, et ipsa a vincis vindicta est, etc., ut et barbari crudelitatem discas, et elementi obdientiam. » Subdit deinde diabolum non ferre, nec gladio, sed igni eos tradi curasse, ut plane consumerentur et in eincem vertentur; sed Deum id in gloriam vertisse, ac feuisse de Babyloniorum deo, puta igne, quasi ejus vices triumphantem. Haec et plura S. Chrysostomus.

Simile miraculum de monacho quodam, Benedicto nomine, quem Gothi tempore Totilie cum carnibus comibore voluerunt, sed non poterunt, narrat S. Gregorius, *III Dialog.* cap. XVIII.

Tropologicæ, fornax successa a Chaldeis significat libidinum incentiva, quæ diaboli in hominem existant, ut animam uram et perdant, inquit Cassianus, lib. VI *Instit.* cap. xvii, et Origenes, in cap. vii *Levitici*, et Hesychius, lib. VI *Levitici*; sed casti ea superant ope angelorum, *Hinc secundo*, disce quam castitatis amatores et tutores sint angel, utpote qui cum tribus pueris castis in canarium descederunt, cosque ab igne igne sunt.

Ita S. Thomas Aquinas ob castitatem angelis charus existit, ab eisque cingulo castitatis succinctus est : ac deinceps omni libidinis sensu cœratus. Ita habet ejus Vita.

Fertur Ammon vir prius, qui propter castitatem a conjugi sponte sejunxit, ac deinde monasticam vitam ejus consensu amplexus erat, nunquam sese vidisse nudum, ex quod monacho vel suum ipsum corpus nudum videre inconveniens diceret; et, cum aliquando fluvius ipsi transversus esset, ac vestem exuere detrectaret, et ad Deum orasset, ut ibi sibi transire daretur, ne propositum infringeret, ab angelo fuit ad alteram fluvii ripam translatus. Ita Socrates, *Histor. Eccl.* IV, cap. XXIII.

Refert Cassianus, Collat. I *De Sereno Abbate* : « Ille, inquit, pro interna cordis atque animæ castitate nocturnis diuinis precibus, jejunis quoque ac vigiliis infatigabiliter insistens, cunctos estus carnalis conceperit tandem per divisionem gratiam in se existimisse perceperit. Deinde majori zelo castitatis successus, prefatis usus remedii a Deo petit, ut interioris hominis castitas in corpus redundaret Dei dono. Postremo autem veniens ad cum angelos in visione nocturna, ejusque velut apertissima eternum, quandam ignis tam carnis strumanam de ejus visceribus evellens ac projiciens, suisque omnia, ut fuerant, locis intestina restituens : Ecco, inquit, incentiva carnis tua absissa sunt, et obtinuisse te noveris hodierna die perpetuam corporis puritatem, juxta

Meritis
angel
sunt ca-
stitatis a-
matores
et tutores

Eccles.

votum quod poposci, et ne in ipso quidem naturali motu, qui etiam in parvulis atque lactentibus excitatur, ulterius pulsabatur. »

De S. Equitio Abbate narrat S. Gregorius : « Hunc, inquit, cum juventutis sue tempore acri certamine carnis incentiva fatigarent, ipse sue tentationes angusties ad orationis studium solertia fecerunt. Cumque hoc in re ab omnipotenti Deo remedium continuus precibus quereret, poeta quadam, assistente angelo, eumachari se vidit, ejusque visioni apparuit quod omnem motum ex genitalibus membris ejus abscederet, ac si sexum non haberet in corpore. Qua virtute frutus, ex Dei omnipotenti auxilio, ut viris ante preerat, ita cepti postmodum etiam feminis praesesse; nee tamen discipulos admonere cessabat, ne sibi ejus exemplo in hac re facile credarent, et casuri non tentarent dominum quod non accipisset. » Simile de Elia trecentarum monialium Patris narrat Palladius, in *Histor. Lusiad.* cap. XXXV. Simile audi de Belgica.

Beata virgo Ermelindis ut sola Deo vacaret, relieta domo paterna, in villam concessit : ubi, cum ejus castitatem ab herero pararentur insidiae, ea nocte que vadens ad ecclesiam ab eo rapienda erat, meruit angelicam vocem audire se monentem ex nomine : « Recede, inquiens, virgo, recede, et virginitatem quam Deo consecrasti, in violatum custodi. » Quae valde perturberata, obedienti passionis ter cepit. Cumque Spiritu Sancto duceretur, angelus Domini ei secundo apparuit, et viam quam coparet ne desereret, imperavit. Venies, inquit angelus, « in villam quam Melodicum nuncupabis : ibi namque preparabat tibi Dominus locum ad perficendum desiderii tui votum. » Pervenit igitur venerabilis virgo in locum quem predixerat et angelus : ibique parementa mira abstinentia dum vivens, genitrix dilectionis implavit mandatum, inquit auctor Vita ejus apud Surium 29 octobris.

Illustrus est quod de S. Theophila refert S. Basilius, lib. *De Virg.*, et Baronius anno Christi 301. Quod recessu i Cor. viii, 35, in fine.

Si et 52. TUNC HI TRES QUASI EX UNO RE LAUDABANT, etc., DICENTES : BENEDICTUS ES, DOMINE, etc. — Hinc patet hymnum sequentem dictum et compositionis fuissim: tribus pueris in fornae ex afflato Spiritu Sancti : unde et ab Ecclesia vocatur hymnus trium puerorum. Quod ergo scribit hic Polychronius: « Scendens est hunc hymnum non haberi in Hebraicis aut Syriacis libris: fertur autem ex his, quae dicta sunt, a quibusdam postea compositum esse; » prius verum est, posterius falsum (1).

(1) Paululum differimus partes deuteronomicas Danielis libri, inter quas hymnum trium puerorum, ut vere canonicas videlicet, et non preterea rationalistæ, ut Bertholdius, opponunt incredibile esse, tum tres istos juvenes in fornae metro lusisse, atque omnes creaturas in corpora resuscitatae, tum Nabuchodonosorem in hanc laudes Del invitasse; tum Nabuchodonosorem in hanc

Iudicat Deum non ore, sed opere,
creatorem sum, non ore, sed opere, ait S. Hieronymus. **Primo**, quia sua pulchritudine, varietate, magnitudine, situ, motu, utilitate, ministerio, perseverantia, et obedientia erga Deum, creatoris sui potentiam, sapientiam ac providentiam summa laude, gratiarum actione et veneratio dignissimam ostendunt.

Secondo, quia iisdem spectatores sui in laudem et admirationem factoris movent et excitant: itaque spectatoris lingua ad Deum laudem ipsorum dammodo utuntur. Ita S. Hieronymus hic et Euthymius, in *Psalm. cxlviii.*

Est ethiopia ad pathos; tributur enim hic sensus, vox et laus rebus inanimis, uti dixi *Isaiae* 1, 1, q. d. *Vos o angeli, o celi, o ignes, o venti, o bestie, que spectasti, vel spectare potuisti hocce prodigium, naturali sensu, et mutu voce obstupescit Dei in nos elementum et potentiam; congratulamini nobis, et nobiscum benedicite Deum, quia sine dubio id ipsum faceretis rationali sensu, mente et voce, si ea haberetis. Nec enim nos ad gratias agendum, et benedicendum Deum sufficiens: id eoque omnes creature ad eius laudem nobiscum provocamus, cuperemusque omnium angelorum, hominum et creaturam ore, immensam Dei in nos liberalitatem celebrare. Vos ergo coeli, sidera, ignes, etc., que alias semper obeditis Creatori, vestraque pulchritudine et obedientia eum laudastis, nunc magis id ipsum facitis. Tu enim, o ignis! laudas Deum, dum prefer naturam ad nulum Dei, a nobis quasi a servis Dei, te tuamque vim retrahis. *Vos, o venti!* laudatis Deum, dum in medio ignis nobis quasi servi Dei, refrigerant prestat. *Vos, o celo, o sidera!* laudatis Deum, dum vestro moto et luce Deo vestro, ejusque prodigo huic cooperamini, pergit ergo, ut copistis, quandom nos in camino hoc vivimus et vigeimus, atque deinceps semper, vestra specie, actione et obedientia, tum naturali, tum supernaturali Deum laudate, hominesque omnes et angelos ad Deum laudem provocate.*

Hoc ergo illustris est canticum, de quo proinde Concilium Tolet. IV, *Can. xii.* statuit, ut publice decantetur, uti fecimus in Laudibus Horarum Canoniarum. Pulchre et floride hoc canticum exponit et dilatatur Pererius tota lib. IV. Porro hoc canticum incipit a summis, puta ab angelis, quae primo ad Dei laudem invitat. Inde ordine gradatim descendit ad celos, solem, stellas: mox ad aerem, imbreum, rorem; inde ad terram, fontes, maria, pisces, volucres, bestias, pecora: ac tandem vers. 82, ad homines, Israelitas, sanctos ac humiles: denique hi tres pueri, vers. 88, seipso exlicant ad hanc Dei laudem concludendam, uti eamdem inchoarent.

39. BENEDICITE COELI, DOMINO. — Nota: Celi enarrant gloriam Dei, quia a Deo accepterunt, primum, naturam incorruptibilem; secundo, immensam magnitudinem; tertio, rotunditatem perfecte-

tissimam et pulcherrimam; quarto, motum celerum et perpetuum; quinto, varietatem orbium, eorumque inter se miram concordiam et coaptationem; sexto, eorumdem motu diversissimos, et tamen ordinatissimos; septimo, siderum decorum, multitudinem, efficientiam; octavo, presides angelos, qui orbes hos regunt et rotant, non, lucem mirant et variam; decimo, generali virtute et potentiam vivificandi, prodicandi, moderandi, conservandi omnes res terrestres et subiectas; undecimo, quod in celo emprego mirant ornatus et rerum varietas: ipsum enim est templum, thronus et regnum Dei, estque dominium angelorum et hominum beatorum; ubi Deus se eis clarissime cernendum, ardentinissime amandum, et jucundissime fruendum in omnem eternitatem praebet. Merito ergo de ecclesi peculiariter ali Psaltis, *Psalm. viii.*: «Quoniam videbo celos tuos, opera digitorum tuorum,» puta, qui sunt opera sapientie, potentie et magnificencie tuae. Ha Pererius.

60. BENEDICITE, AQUE OMNES, QUE SUPER COELOS VERSUNT, DOMINO. — Quemadmodum haec aqua sint, an elementares, an caelestes, dixi *Genes.* 1, 6.

61. BENEDICITE, OMNES VIRTUTES DOMINI, DOMINO. — Per virtutes accipe primo, intelligentias, sive angelos colum moventes; unde virtutes his inseruntur inter celos et solem ac stellas, quia omnis omnibus presidunt; secundo, influencias celorum in haec inferiora; tertio, aliqui accipiunt septimum angelorum ordinem, qui dicunt Virtutes, eo quod mira in terris faciant; quasi illi hi tres pueri attribuant miram sui in igne conservacionem, quandoque angelus in igne osservans fuerit ex ordine Virtutum; quarto, Pererius accipit virtutes operativas lapidum, herbarum, animalium et omnium rerum naturalium, uti est virtus in magnetre ad trahendum ferrum; in herbis ad calcifacendum, siccam, purgandum, etc.

Notat Scholiastes non esse eundem, in omnibus codicibus harum benedictionum ordinem. Sic vers. 67: «Benedicite, frigus et aestus, Domino,» in edit. Septuaginta Romana ponitur posterius, scilicet vers. 73.

63. OMNES SPIRITU, — omnis ventus: quia is nos in igne tutatur, estque «Dei,» id est a Deo immensus. Alii per spiritus accipiunt angelos, sed hos nominavit vers. 58. Adde angelos in Scriptura non solene vocari spiritus Dei, sed absolute spiritus, ut recte observavit Alcazar in cap. I *Apoc.* pag. 183, in fine.

Nota: Venti laudant Deum, quia magnus est eorum usus et utilitas. Nam primo, ventilant et purgant aerem, ne patrescat, vel inficiatur. Secundo, nubes et pluvias nuna adducunt, nuna abducunt. Tertio, arbores, plantas et sata fovent et vegetant. Quarto, aestum refrigerant. Quinto, habitatum hominis et animalium renovant et reficiunt. Sexto, naves propellunt. Ita Seneca, lib. V *Quest. natur.* cap. xvii. Rursum quia solus Deus

*Vers. 39.
Celi an-
Deum
deum
mudi
lendent
Deum.*

proprius ventis dat ordinem, locum, motum, tempus, impetum, vicissitudinem et vires, hinc speciatim venti invitantur ad Dei laudem.

66. LAUDATE ET SUPEREXALTATE EUM IN SECULA, —

ad aliave, quod Vatablus verit, semipaternis exculps. Est hoc hemispherical intercalare, ut dum prius, v. g. «Benedicite, ignis et vestus, Dominus,» praecepit precentor, mox communis omnium voce applaudens et conclamans chorus ubique suiciat: «Laudate et superexalte eum in secula.» Sic in Litaniis uno praecente nomina Sanctorum, ceteri respondent: «Ora pro nobis.»

67. FRIGUS ET AESTUS. — *Grecce est καύνων, id est*

et ita, et legunt Roma: hic enim directe oponitur frigori. Ita ergo legendum est, non estas.

Unde Vatablus verit, ardor; ali, cauza; aestus

tamen legunt Biblia Plantina, Parisina, et alia

*pleraque, item S. Hieronymus. Quin et versio Syra, que exstet antiqua in *Biblioth. Medicea*,*

hoc hemispherical et Latinis Biblis addit: Benedicite, astas et hiems, Domino.

Sed eodem fere

res dicit: astus enim est in estate; unde et es-

tas dicitur ab estu, aut Varro lib. IV, vel, ut alii

a Grecō αἴστη, id est ure. Hinc Plinius lib. XII,

cap. ix: «Austri, aut, ibi tam ardenter flat, ut

estatis sylvas accendant.» Porro quantam

laudandi Deum materialiter suggestor hominibus

estas et astas, patet ex frumento, vino, tanque

vario et multiplici omnigenum fructuum genere,

quod maturant et quasi parvunt; ut merito canat

Psalm. Psalm. LXXII, 47: «Estatem et ver tu

plasmasti ea. Et Eccl. cap. L, 7 et 8, laudans Simo-

nem pontificem: «ille, inquit, effusit in tem-

po Dei, etc., quasi thus redolens diebus es-

tatis.» Rursum astas monet hominem laboris,

ut eo comparet sibi cibum, quo vivat in hieme.

Quocirca Sapiens, Proverb. vi, 6: «Vade, sit, ad

formicam, o piger! et considera vias eius, et disce

sapientiam: que, etc., parat in estate cibum sibi,

et congregat in messe quasi comedat,» q. d. Si

tu, o homo! compara tibi bona opera et merita

in tempore, quibus vivas et fruari in aeternitate.

Quamobrem, ut idem ali cap. x, 5: «Qui con-

gregat in messe, filius sapiens est; qui autem

sterlit aestate, filius confusionis.» Et cap. XX, 4:

«Propter frigus piger arare noluit: mendicabat

ergo astas, et non dabuit ei.»

Vers. 68. PRIMA. — Grecce νέρτη, quod Vatablus

verit, pluvia nivales; ali passim, pruina.

Vers. 75. BENEDICITE, MONTES ET COLLES, DOMINO. —

Montes enim, primo, nives, vapores, nebulas nu-

besque recipiunt et colligunt, easque in aquas re-

solvunt; itaque torrentium et fluminum sunt causa

et origo, quibus agri rigantur et fecundantur, qui

que per eos gigantur plurimos et sanissimos, uplo-

saxatiles et viscissim carentes. Hoe est quod ait

Psalm. Psal. cxx, 10: «Qui emitis fontes in

convallis: inter medium montium perturbanti-

bus aquae.» Montes enim non tantum scaturig-

nes, sed et aggeres sunt fluviorum et maris, illu-

que fluctus et tumorem ne exundet coercent. Se-

cunda, montes subjectas valles et agros a ventis

et procels, aequo ab eis tuluntur. Tertio,

montes continent fossilia et mineralia, uti carboni,

ferrum, aes, stannum, aurum, argentum.

Quarto, montes et rupes dant saxa et marmora,

que ex ipsis etiam Alpibus excedi vidi. Quinto,

montes vites alunt, ita vasque maturant ob reflexio-

nem radiorum solis. Sexto, proferunt maximas

querues, omnisque generis arbores. Sane nu-

nasque abies plures, maiores aptiore ordine

disposita conspexi quam in Alpibus, et juxta Nor-

embergum eundo Augustam, ubi ingentem abie-

tum sylvam que ad plura millaria extendit,

perit. Septimo, montes si exculant profun-

tritum, et frumentum omnis generis. Hinc in

Alpibus vidi opulentos pagos et oppida plu-

ria, que specie et opibus cum campestribus

certant. Rursum montes abundant gramine, prat-

eribus, herbis, floribus pulchris et odoratis

etiam in hieme: unde tun elegantes florum fasci-

culos Alpini nobis ex hospicio excurrentibus more

multo superabunt, et non offerebant. Octavo, mon-

tes sunt quasi muri et valla urbium et provinciarum, na-

viae etiam gentibus invadantur. Ita monies Arduen-

nes sunt muri Galliae, Alpes Germaniae, Apennini

Italiae, Pyrenaei Hispaniae: hi enim Gallos ab il-

latis distinxerint, et ne in invictem incurvant adiutum

praecludunt. Ita Helvetii in suis montibus

consistunt quasi inexpugnabiles, adeoque Caro-

lum Audacem principem bellicosissimum cum

numeroso exercitu conciderunt. Non, in montibus

obrigus, auramque puram et acrum corpora

vigintigen homines et sunt robusti, atque

tum frigore, tum fame urguntur ad laborem quo

victum parent: quo fit ut nlio, nre luxu, nec

libido et vitiis diffundant; sed modesti sunt, labo-

rios, probi et pii. Evidem in montos Tirolensi

Comitatu maxima pristinae probitatis et pietatis

in viis et collibus monumenta, uti sacella, crucis,

imagines, vola, etc., iustravi. Decimo, in montibus

apollinis est locus solidinatis, colunque et co-

lestia contemplandi. Unde ibi sunt eremitoria,

et eremite sidera liberrime suspicentes, et terram

ac terrae omni despectantes. Hinc Christus in

monte orans transfiguratus est, et sermonem il-

lum divinum, Matth. cap. v, 1, habuit in monte,

denique in monte Olivarium more sui obserans

captus et vincens est. Hic in Alpibus inter, imo

supra, nubes consistens et contemplans, identi-

dem dixi: «Benedicite, montes, Domino.» Deni-

que montes Alpium et Apennini cingunt et tutan-

tur Romam, utpote Ecclesie et imperii caput, ut

videatur esse inexpugnabilis, quasi supra petram

fundata. Qua de re pulchre Rutilius:

Si factum certa mundum ratione fatetur,

Consiliumque Dei machina tanta fuit,

Exclusis Latini prætexuit Apenninum,

Clausaque montana via secunda via.

Invidiam timuit natura, parvumque putavat
Arctios Alpes opposuisse minis.
Sicut vallavit motus vitalia membra,
Nec semel inclusi quae probata tuli :
Iam hum multipli meruit nominine cingi,
Solicitosque habuit Roma futura deos.

87. BENEDICITE, SANCTI ET HUMILES CORDE, DOMINO. — Humilitas cum sanctitate jungitur, quia basis est sanctitatis, et quia vera humilitas non debet esse fucata in ostentatione exteriore, sed realis in animo: hinc additur ad corde. Simulata humilitas est duplex superbia, » qua nonnulli opinione sanctitatis apud homines auctorantur, sed huc diuturna esse nequit: mox enim prodit latens superbia. His applicari possit dunque illud *Nathan* cap. m, 14: « Intra in lumen, et calca, subigena tene laterem, » nimurum intra temetipsum, et sentiens te esse abjectum lumen, conceula illud, et animi amplectere humilitatem.

Nota: Pro aliis virtutibus humilitas, et humilitas, laudat Deum; quia cognoscit sumum nihilum, et quidquid boni habet, id se habere a Deo. Hinc ait Sapiens, *Ecccl.* cap. m, 21: « Magna potentia filii solius, et ab humilibus honoratur. Nihil est, inquit S. Hieronymus ad *Celationem*, quod nos ita hominibus et Deo gratus faciat, quam si vita mortifico magis, humiliante tamen infimi simus. » Ita S. Franciscus noctes integras non aliud orabat, quam: « Quis tu, Domine? quis ego? » Audi et S. Augustinus in *Sententia* sent. 83: « Vera, inquit, fidelium humilitatis est, in nullo superbire, in nullo murmurare, nisi ingratis esse, nisi querendum; sed in omnibus Dei iudicis Deo gratias agere, Deumque laudare, cujus omnia opera aut iusta sunt, aut benigna. »

88. ERUIT NOS DE INFERNO, — fecit ne moreremur, et iremus ad limbum patrum.

Et SALVOS FECIT DE MANU (id est potestate et imperio certa) MORTIS.

90. OMNES RELIGIOSI, — omnes Dei cultores: hi enim sunt *adspiciendi* *laudes*.

92. ET SPECIES QUARTI SIMILIS FILIO DEI, — id est similis Christo, de quo a Danièle rex aliquid inaudisse poterat, inquitur Rudolfus et Tertullianus, lib. IV *Contra Marcion*, cap. x, et S. Augustinus in concione ad *Catechum*. Imo multi veteres, ut Tertullianus, Justinus, Hilarius et alii, putant hunc quartum vero non angelum, sed Christum fuisse, qui jam tum ante sumptum humanam naturam, ejus similitudinem induerat, et se quodammodo ad futurum redemptoris officium exercebat. Putant enim ipsi, apparitiones, quae in veloci Testamento facte dicuntur per angelos, factas esse per ipsummet Filium Dei, qui est magni consili magnus. De quo re dixi in *Genes.* cap. xviii. Atque ex horum sententiis petita videtur Antiphona, quam hunc hymno trium puerorum in officio Ecclasiastico, ad Laudes præmissim tempore paschalium: « Surrexit Christus de sepulcro, qui tres

pueros liberavit de camino ignis ardantis, Alleluia. »

Secundo, Dionysius Carthusianus, « similis Filio Dei, » id est similis Apollini, inquit, Herculi, aut cui simili ex Jove, aliō deo genito: tales enim fixerunt et coluerunt Gentiles. Unde Symmachus verit: *Quartus similis filiorum deorum; et Syrus: Aspectus quarti usq[ue] imitator filio deorum.*

Terter, « similis Filio Dei, » id est similis angelo, ut verutum Septaginta, teste S. Hieronymo. Erat enim revera angelus, ut patet vers. 49, habebatque volumen angelicum: nec dubium est regem de angelis inaudisse. Sic Job xxviii, 7, dicitur: « Uberras cum me laudarent astra matutina, et jubilarent omnes filii dei, » id est omnes angelii? Ita Vatablus, imo S. Hieronymus. qui et addit: « hoc juxta historiam. Ceterum in tipo praefigurat iste angelus, sive Filius Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, qui ad fornacem descendit in terram; in quo clause, et peccatorum, et justorum, anime tenebantur, ut absque exustione et noxa sua, eos qui tenebantur inclusi, mortis vinculis liberaret. » Sic et exponi potest Antiphona paulo ante citata, quod Christus, id est angelus, typum gerens Christi, et missus a Filio Dei, liberarit tres pueros de camino ignis. Favet Arabicus uterque, Aniochensis scilicet et Alexandrinus: *Aspectus viso, species quarti similis est Filio Dei exordi.*

Quarto, Perierus: « Similis Filio Dei, » id est similis viro illustri, extimo et augusto supra omnes homines. Sic enim vocantur montes et cedri Dei, id est illustres, eximii; et sic vocantur filii Dei, *Genes.* vi, 2.

Ex his sensibus tertius maxime genuinus videtur: nam quem rex hic Filium Dei vocat, eundem ipse, vers. 95, vocat angelum. Porro misit Deus angelum, qui appareret regi, ne rex putaret pueros in igne servari illosque per maleficium. Quocirca rex hic tria miratus est: *primo*, quod quatuor sint; *secundo*, quod soluti; *tertio*, quod in igne illos.

Exclamat merito hic S. Chrysostomus, homil. De tribus pueris: « O quibus, inquit, triumphate, incorrupta fides, extendit! Adest tibi amica maiestas, ut innocencia liberetur: patitur se Deus cum pueris in supplicio numerari, et potest Dominum videre sacrificatus (Nabuchodonosor); sed non permittitur nosse, ut crescat gloria puerorum. »

Disce hic quam angeli Sanctis in tormentis ovarianis adint, eosque tuerantur et corroborabant. Ita S. Theodore martyri astitit angelus, cumque robori et sanitati restituit. Audi de eo rara et mira ex auctore Vitae, quae graviter scripta existat apud Surius 7 februario. Cum S. Theodore dux exercitus in nomine Trinitatis draconem intensissimum interfecisset, et imperatoris Licinii deos ex auro et argento conflatos confringisset, atque pauperibus distribuisset (qua ratione plurimi Christi nomina dabant): imperator eum accersitum om-

nibus inimicorum phalangibus ridentium exposuit. Beatus autem Theodosius dixit ei: « Fremis, o Imperator! sed ego rugio: Tu sterlis, at ego exsilio: » Tu cum Deo pugnas, at ego deo dissero: Tu blasphemus, ego vero Deum hymnis laudo: Tu colla deos mortuos, ego vero Deum vivum: Tu Seraph, ego vero eum qui est super Seraphim: Tu Apollinem, ego vero Deum semper viventem: Tu es carbo Thracis, ego vero princeps Romanus: Tu Licinius ventilator, ego vero Theodosius donum Dei. Quoniamque non negre feras, » Imperator! neque calcites: hec enim faciens, tuos ostendis cruciatus: asini enim et mulieres figuram. » Tunc multa ira plenus Licinius iussit boum nervis eum caedi, et plusquam milie plágas ei inferri. Deinde ferreis ungulis lacerari ejus carnes, et lampadibus ignis ustulari ejus ulcerari, et acutis testis radi concretum sanguinem. Post haec martyrem ligno affixerunt per manus et pedes. Arbitratus autem impius Licinius eum esse mortuum, reliqui in ligno pendente. Circa primam vero vigiliam noctis adstans angelus Dominus solvit eum, et redditum cum sanum corpore, sicut prius, eumque salutavit, et dixit: « Gaudete et corroborare: in sapientia et gratia Domini nostri Iesu Christi. Ecce enim tecum est Dominus Deus: et eur dixisti: Recessisti a me? Consumma ergo cursum tuae educationis, et venies ad Dominum nostrum Iesum Christum, accipiens coronam immortalitatis. » Hoc cum martyri dixisset angelus, ab eo recessit. Sanctus autem martyr Dominus sua aegrat gratias, et copiis psalme: « Exaltabo te, Deus meus, rex meus, et benedicat nomen tuum in seculum et in seculum saeculi. » Audi et alterum non minus memorabile.

Com. B. Constantini Perusini civitatis Episcopum Danabi in tormentis, a quibusdam Marci imperatoris militibus ei inflictis vires jam deficerent, ad Deum, toto corde conversus: « Suscite iam, orabat, spiritum meum, Domine, resuscite in te, qui pro te, ipso juvante, omni tempore laborebavit. » Vix duis plas haec voces emiserat, cum ecce presto est ei angelus Domini, afflictum his veris confortans: « Noli timere, Constanti, ego sum angelus Dei: misit me Christus, ut plagi tuis curationem adhucem, ut deinceps tibi adsim in omnibus viis tuis; » et illico omnis plaga curata est. Tunc ille angelico solatio recreatus: « Gratias tibi ago, ait, Domine Iesu Christe, qui per angulum tuum me in angustia positum confortasti, et curasti vulnera mea; mine vere scio te quidem nunquam deserere sperantes in te. » Ita habebut in Vita ejus apud Surius 29 januarii, Audi et tertium in virginis Italæ admirabilis.

S. Christina, in Deum credens, deos aureos Urbani parvis sui praefecti contrivit, et pauperibus distribuit. Ob hoc, jubente patri, alijs afficti, verberibus dilaniata, ferro onus, in carcere coniecta est. Post hoc cum diffissime et crudelissime dilanaretur, decidua carnium frusta patri

in faciem projectat. Cumque alligata rote, ictu supposito, et fuso desuper oleo torrefacta, erumpens flamma mille gentes interfecit. Iterum carcera tradita, angelo visitante, sanata est et relecta. Deinde cum magno sarcophago in lacum Volturnum jactata, anglico praesidio liberata est. Ita Ado Trevirensis in Martyrologio 9 Calend. augusti. Laetus et locus hoc martyrio celebris, non longe a Roma visitur in via Senensi, mihius iliac, dum in Urbe contendem, transunt os-tensus est.

94. ET SARABALLA FORUM NON PUSSENT OS-CUTATA.

— Saraballa (male aliqui legunt sarbara) vox est Chaldaica, significans femoralia. Synus et Arabiens retinere vocem saraballa, eamque dicunt denombre caligas superiores ex tela vel basso, latus et longas, scilicet porrectas ad talos, et crebro esse diversorum colorum. Sie et Hieronymus s. Saraballa, inquit, significat tum crura sive femora, tum eorum tegumenta: unde Noster braecas verit, vers. 21. Hinc Hispani vocant sarquellas.

Quare minus verisimile est quod Rabbini nulli, et eorum seculi recentiores, censem saraballa fuisse vestem extimam, puta chlamydem aut palium. Nam prater jam dicta, Symmachus, teste S. Hieronymo, verit, *et apud* *z*, que Hesychius et Suidas in *Lewis*, Eustathius in *H. Iliad.*, S. Hieronymus ad *Fabiolam*, interpretatur feminalia, seu braecas, id est crurum et femorum operimenta: quibus vestitum fuisse Cyrus, aliosque reges et principes Persarum (aque ab Babyloniorum) doceat Xenophon lib. VIII *Persie Cyri*. Rursum Hesychius *ex aliis* interpretatur crurum et femorum tegumenta, eaque a Parthis *Sarabara* (sic enim legendum videtur) vocari tradit. Et Suidas: « Sarabara (sic enim lego) vestis est Persica, aliqui vocant braecas; » unde et a Persian braecas vocat Ovidius, lib. V *Tristian.*, elegia xi. Insuper Persas omnes bracelets fuisse et crura feminalia texisse docent Xenophon lib. I, Strabo, lib. XV, Pollio, lib. VII, Onomastes, c.p. xii, Herodotus, lib. V, et Dio Chrysostomus, *orat.* 72. Ille et « Mellos bracelets » vocat Persus, satyr. 3. Alexandrum quoque feminibus usum tradit Ptolemaeus in ejus Vita. Denique Semiramides et mulieres Babylonias crura velamentis texisse docent Curtius, lib. IV, et Isidorus, lib. XIX *Origin.* Multo magis ergo hisdem usi sunt viii Babylonii quibus prestanti hi tres Danielli socii, ideoque eorum habitu, puta feminilibus, inducebantur. Licit ergo regis furor urgeret, ut statim in fornacem projectarent, tamen vestis extima, puta chlamys (si tamen ea induit erant) in momento eis auferri poterat: aliquo enim commode fimbrias constringi, et in fornacem confeji non potuissent: nemque fimbrias expresse *saraballa* vertit *femoralia*.

Et odor IGNIS NON TRANSMITTET PER EOS; — q.d. Ignis non perstrinxisset, nec ustulasset extima corporum. Nota: Primo et genuine, « odor » sumitur hic metaporphice pro *salut.* *tu incendi*, q. 1. quod

nec ab igne vel leviter essent afflati, nec pili cutis aut vestium essent ambusti et rasi. Sicut enim res odorata remota effat odorem, ita ignis in corpora remota vim exercit eaque afflat, quasi odoraretur ibi esse aliquod objectum combustibile, sibi debitum. Sic de Samsonе dicitur *Judic. XVI*, 9: « Qui rupit vincula quonodo si rumpat quis filum de stupro tortum putamini, cum odorem ignis accepiterit, » id est cum ignis fuerit afflatum. Et *Sapient. cap. XI*, 19: « Aut vaporem ignium spirantes, aut fumum odorem preferentes. » « Odor (ergo) ignis est vapor et exhalatio vel ab igne emissa, vel ab igne productus et elicita ex materia combustibili, dum illa ignem eminus sentit, eoque afflatur, antequam ardeat et conflagret. Secundio, propter huc « odor ignis » acipi potest; audito enim sum habet odorem; unde dicimus: Olafacio & Iustino. Tertio, « odor ignis » sumi potest per indicio aut vestigio incendi. Sic ait Cicerо ad Atticum, lib. IV, epist. 83: « Res fluit ad interregnum, et est nonnullus odor dictatur: et « odor, » id est indicium, inquit Budaeus. Sic « huici botius est odor ex re qualibet, » ait Juvenalis, satyra 14. Et Cicerо pro Clentio: « Canitudo, inquit, perito homini, qui quodam odore suspicionis Stalenum corruptum esse sensisset, neque dum rem perfectam arbitraretur, placuisse. Hinc odorese sumitum profama, ut cum ait Paulus: « Christi bonus odor sumus, » q. d. De Christo bonam famam ubique spargimus, sancte vita exemplo, aue ac sancte doctrinae predicatione, II Cor. n. 15.

Post haec verba: « Et odor ignis non transisset per eos, » in multis Septuaginta codicibus additur: « Et adoravit coram eis rex Dominius: » quod tamen Latinus codices non legunt, nec a S. Hieronymo, nec a Theodoro agnoscunt.

95. VERBVS REGIS IMMUTAVERUNT. — Id est contra regis imperium egerunt. Ita Vatablus. Chaldaice est סְנָאֵת שְׁמַיִם quod secundo verbi potest, secundum, secundo loco haberetur, id est postpresumere verbum regis legi Dei, scientes oportere Deo magis obdire, quam hominibus. Hinc patet hos tres pueros esse martyres, immo martyrum quasi primicias, qui eadē praeulserunt, et fortitudinis exemplarē dederunt posteris omnibus, presertim christianis: quia ipsi ante Christum, sine exemplo, primi in lege veteri, pro unius Dei cultu libentissime et constantissime ignes tyranni subiecerunt, sequi in certissimam mortem dederunt, eamque violentissimam re ipsa omnino obliserunt: idque naturaliter et necessario, nisi a Deo contra naturam cursum miraculosi fuissent conservati et erexit. Siquidem de causa Daniel missus in lacum leonum, hoc inde a Deo sit erexit, censendum est martyris. Nec enim convenit ut miracula virtutis sint damno, ejusque meritum et preuum ministrant, cum ad eam illustrandam adhibeantur, « Haec enim meritum confessionis (martyrii) non ministrant, sed magna divina protectionis or-

tendent, » inquit S. Cyprianus, epist. 58, qua est ad Lucium Papam. S. Chrysostomus, hom. Quod nemo ineditur nisi a seipso; et favet S. Hieronymus in cap. xx *Math.*, et alii; ac diserte S. Athanasius, serm. 3 *Contra Ariam*, hoc tres pueros vocat martyres: Codex vero Vaticanus Basili Porphyrogeniti imperatoris, quem initio libri citavi, eos re ipsa tandem martyrium subisse affirmat. Verum nil tale habent Epiphanius, Dorotheus et alii, nec Martyrologium Romanum, in quo hi tres quasi Sancti consignantur, nulla martyrii mentione 16 decembri; sic enim habet: « Trium puerorum, Ananias, Azarias et Misaelis, quorum corpora apud Babylonem sub quadam specie condita sunt: » postea translata Romanam in templo S. Adriani in foro boario sepulta, ut habet ibidem marmorea inscriptio, religiosi coluntur. *

Denique quod ad eorum propaginem et posteritatem attinet, sunt hic Rome Judei et Rabbini, qui se ab hisce tribus pueris prognatos esse iactant, ad eosque suam genealogiam continua et longa avorum serie deducunt; ideoque ab eis non men Ananias, etc., et cognomen *sforno* (ab eorum furta et fornace, in quam coniuncti sunt), assumunt. Ita ipsi, fideliem, felicem et nobilium patrum infideles, infelices et ignobiles filii. Addo fabulosi; hi enim tres pueri fuerunt virgines, ideoque ab igne illeli, uti superius ex Damasceno docui. Dices: Tunc fuerunt virgines; at postea duxerunt uxores, et procrearunt liberos. Respondeo: hoc gratis dici, et esse improbatum. Quis enim credit eos suam virginitatem tam nobilis martyrio et miraculo decoratum conjugio corrupisse, ac tantam maculam dedisse in gloriam suam? Grandevi iam tum erant, et qui usque ad eam statim uxore absinuerunt, in aetate senescere, post tanta casitatis trophae, eam servare nequivenerunt vel noluerunt?

ONNEN DEUM, — ullum deum: Hebreis enim non omnis idem est quod nullus.

96. LOCUTA FUERIT BLASPHEMIA. — Rex hoc prodigio non videbat plane fuisse conversus: nam non velat coll' idola, nec precipitat coll' unum Deum Hebraeorum, sed tantum vetat ne quis eum blasphemet.

97. PROMOVIT SIDRACH, etc. — q. d. Rex non tantum tres pueros restituit in prislinam dignitatem, et in suas prefecturas; sed insuper status et prefecturas eorum adauxit. Ita S. Hieronymus; editio Septuaginta Romana addit: « Et amplificauit eos, et dignos habuit ipsos, qui praesentem omnibus Iudeis, qui erant in regno suo.

Vide hic quid faciant constantia, virtus et sanctum paucorum exemplum: hoc enim tres pueri hi monachum Babyloniorum ferociissimum et perfectissimum converterunt, ut Deum verum foto regno suo depredaret, sicut sequens ejus docebit edictum.

Ita S. Pachomius cum adhuc gentilis militariter in exercitu Constantini, videns Thebis charia-

ten christianorum erga milites afflictos, quibus omnia necessaria liberaliter suppeditabant, hoc exemplo ad Christum conversus, tantus evasit quantum in historiis celebratur. Ita Baronius, anno Christi 316.

Venerabilis Beda, lib. I *Hist. Angl.* cap. VII, refert S. Albanum a paganismō per clerici sujusdam, quem hospitio recuperat, plam et sanctam vitam ad Christum fuisse conversum, ac tandem martyrem evasisse.

* S. Afrā, ut habet ejus Vita apud Surium, 3 augusti, a meretricia vita cum tribus suis pueris ad Christum est conversa: exemplo pietatis, gravitatis et castitatis S. Narcissi Episcopi, quem, seviente persecutione, recuperat hospitio.

Rufinus, lib. XI *Hist.* cap. IX, de S. Gregorio Nazianzeno ita scribit: Nazianzi in locum patris Episcopos subrogatus, hereticorum turbam fidelerit tulit. Redita vero pace, Constantiopolin ad ecclesiam docendam venire rogatus, non abiuit. Ubi hanc vetustam tantum ad emendandum populum vetustis hereticorum infectum veniens profecit, ut tunc primum christiani sibi fieri vi-

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hoc capitulum continet epistolam Nabuchodonosoris, qua ipse primo, narrat secundum suum somnum, de arbore magna ab angelo succisa. Secundo, vers. 16, quod Daniel illud interpretatus sit de Nabuchodonosore et regno expellendo, et in bestiam commutando. Tertio, vers. 30, se re ipsa quasi bestiam regno expulsa, sed post septem annos sibi et regno restitutum, narrat. Unde, vers. ultimo, Deum agnoscit et glorificat.

1. Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, et florens in palatio meo: et somnum vidi, quod perterritur me: et cogitationes mea in strato meo, et visiones capitis mei conturbaverunt me. 3. Et per me propositum est decreatum ut introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, et ut solutionem somniū indicarent mihi. 4. Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldaei, et aruspices, et somnium narravi in conspectu eorum: et solutionem ejus non indicaverunt mihi: 5. donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Baltassar secundum nomen Dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipsis: et somnium coram ipso locutus sum. 6. Baltassar princeps ariolorum, quoniam ego scio quod spiritum sanctorum deorum habebas in te, et omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones somniorum meorum, quas vidi, et solutionem earum narra. 7. Visio capitis mei in cubili meo: Videbam, et ecce arbor in medio terra, et altitudo ejus nimia. 8. Magna arbor, et fortis: et proceritas ejus contingens cœlum: aspectus illius erat usque ad terminos universæ terra. 9. Folia ejus pulcherrima, et fructus ejus nimius: et essa universorum in ea, subter eam habitabant animalia, et bestiae, et in ramis ejus conversabantur volucres cœli, et ex eis vescebatur omnis caro. 10. Videbam in visione capitis mei super stratum meum, et ecce vigil et sanctus de celo descendit. 11. Clamavit fortiter, et sic ait: Succidite arborē, et præcidite ramos ejus: excutite folia ejus, et dispergit fructus ejus: fugiant bestiae, quæ subter eam sunt, et volucres de ramis ejus. 12. Verumtamen germe radicum ejus in terra sinete, et alligetur vinculo ferreo et aereo in herbis, quæ foris sunt, ex rure cœli tingatur, et cum feris pars ejus in herba terra. 13. Cor ejus ab humano commu-